

DRUGI
VATIKANSKI
KONCIL

dokumenti

Kršćanska sadašnjost

**II vatikanski koncil:
Dokumenti**

»KONCIL«

BIBLIOTEKA CENTRA ZA KONCILSKA ISTRAŽIVANJA,
DOKUMENTACIJU I INFORMACIJE »KRŠĆANSKA
SADAŠNJOST« ZAGREB, MARULICEV TRG 14

Svezak 1

**II VATIKANSKI KONCIL
DOKUMENTI**

Priredio

Josip Turčinović

II. VATIKANSKI KONCIL

DOKUMENTI

Latinski i hrvatski

IV. izdanje

KS

KRŠĆANSKA SADAŠNJOST
ZAGREB
1986

Prijevod, izuzevši konstituciju Lumen genitum, izradila Kršćanska sadašnjost.
Stvarno kazalo r Stipe Bagarić
Korektura latinskog teksta: Ing. Zvonimir Hranilovic
Korektura hrvatskog teksta: Marijan Nežmah
Omot: Roman Turčinović
Odgovara: dr Vjekoslav Bajsić, Zagreb, Kaptol 31
Imprimatur: Nadbiskupski duhovni stol, Zagreb, br. 338/70
Tisak: Kršćanska sadašnjost, Zagreb
© by Kršćanska sadašnjost, Zagreb

RIJEČ IZDAVAČA

Ova se knjiga kod nas čeka već nekoliko godina. Njezino su pojavljivanje usporavale mnoge nedaće. Jedva da će u nas biti poslijeratne religiozne knjige koja bi stajala više mukd od ove. No zato je sada dvostruko dobrodošla. Još uvijek ima sve uvjete da postane priručnik kojim će se naša Crkva najviše služiti u svojim obnoviteljskim naporima. Zato smo je i opskrbili svim potrebnim kazalima. A služit će i kao neophodno vrelo za teološki studij i studij Crkve. Tu će posebno pomoći latinski izvornik. ■

*Prijevodi su svi ostali onakvi kakvi su već tiskani u izdanjima pojedinih dokumenata, izuzevši nekoliko mjesta gdje je bilo potrebno ispraviti prave pogreške. Ostavili smo netaknut i kritički aparat uz konstituciju *Lumen gentium* iako je rađen po drukčijim metodološkim načelima.*

Izdavač nakon ove knjige ne kani više pojedinačno izdavati prijevode koncilskih dokumenata, makar je neke ranije bio najavio. Pojedinačno ih kani izdavati samo s opsežnijim komentarima.

U ovoj pak biblioteci namjerava u budućnosti izdati i svu preostalu zbirku dokumenata vezanih uz Koncil, osobito pokoncilске provedbene dokumente. Ma koliko to za jedan mali narod, kakav smo mi, bio težak i smion zadatak, on nije zato manje imperativan. Nadamo se da ćemo ga ipak uspjeti izvršiti. Dakako da kod toga, cijenjeni čitaocē, računamo na tvoje razumijevanje i dobrohotnost. A sada ti preporučujemo ovu prvu knjigu iz tog niza.

U Zagrebu, dne 21. lipnja 1970.

KRSCANSKA SADAŠNJOST

KONSTITUCIJA 0
SVETOJ LITURGIJI

**PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS
AD PERPETUAM REI MEMORIAM**

**CONSTITUTIO DE
SACRA LITURGIA**

1. SACROSANCTUM CONCILIUM, cum sibi proponat vitam christianam inter fideles in dies augere; eas institutiones quae mutationibus obnoxiae sunt, ad nostrae aetatis necessitates melius accommodare; quidquid ad unionem omnium in Christum credentium conferre potest, fovere; et quidquid ad omnes in sinum Ecclesiae vocandos conducit, roborare; suum esse arbitratur peculiari ratione etiam instaurandam atque fovendam Liturgiam curare.

2. Liturgia enim, per quam, maxime in divino Eucharistiae Sacrificio, »opus nostrae Redemptionis eKercetur«,¹ summe eo confert ut fideles vivendo expriment et aliis manifestent mysterium Christi et genuinam verae Ecclesiae naturam, cuius proprium est esse humanam simul ac divnam, visibilem invisibilibus praeditam, actione ferventem et contemplationi vacantem, in mundo praesentem et tamen peregrinam; et ita quidem ut in ea quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, et quod praesens ad futuram civitatem quam inquirimus.² Unde, cum Liturgia eos qui intus sunt cotidie aedificet in templum sanctum in Domino, in habitaculum Dei in Spiritu,³ usque ad mensuram aetatis plenitudinis Christi,⁴ miro modo simul vires eorum ad praedicandum Christum roborat, et sic Ecclesiam iis qui sunt foris ostendit ut signum levatum in nationes,⁵ sub quo filii Dei dispersi congregentur in unum⁶ quousque unum ovile fiat et unus pastor.⁷

**PAVAO BISKUP
SLUGA SLUGU BOŽJIH
ZAJEDNO S OČIMA SVETOGA SABORA
NA TRAJAN SPOMEN**

**KONSTITUCIJA
»SACROSANCTUM CONCILIUM«
o svetoj liturgiji**

Uvod

Svrha Sabora

1. Sveti Sabor je poduzeo: sve više unaprijediti kršćanski život vjernika; ustanove koje su podvrgnute promjenama bolje prilagoditi potrebama našeg vremena; promicati sve što god bi moglo doprinijeti jedinstvu svih koji vjeruju u Krista i pojačati ono što bi pomoglo sve pozvati u krilo Crkve. Stoga smatra da na nj na poseban način spada i obnova i gajenje liturgije.

Krist djeluje po Crkvi i liturgiji

2. Doista, liturgija kojom se osobito u božanskoj žrtvi euharistije »vrši djelo našeg otkupljenja«,¹ u najvećoj mjeri pridonosi da vjernici životom izraze i drugima očituju otajstvo Kristovo i istinsku narav prave Crkve. Ona je po svojoj naravi ljudska i božanska; vidljiva i nevidljivim stvarnostima obdarena; gorljiva u djelovanju, a odana kontemplaciji; nazočna u svijetu, a ipak — putnica. Ali tako da je u njoj ljudsko upravljeno i podređeno božanskome, vidljivo nevidljivome, djelovanje kontemplaciji i sadašnjost budućem gradu, koji tražimo.² Zato, budući da liturgija one koji su unutar Crkve svako dnevno izgrađuje u sveti hram u Gospodinu, za stan Božji u Duhu,» do pune mjere Kristova rasta,⁴ ona ujedno na čudesan način jača nji hove snage za navješćivanje Krista; tako onima koji su vani pokazuje Crkvu kao znak podignut među narodima,⁵ pod kojim će se raspršena djeca Božja privoditi k jedinstvu,⁶ dok ne bude jedno stado i jedan pastir.⁷

3. Quare Sacrosanctum Concilium, de fovenda atque instauranda Liturgia quae sequuntur principia censet in mentem revocanda et practicas normas statuendas esse.

Inter haec principia et normas nonnulla habentur quae tum ad Riturum romanum tum ad omnes alios Ritus applicari possunt ac debent, licet normae practicae quae sequuntur solum Riturum romanum spectare intellegendae sint, nisi agatur de iis quae ex ipsa rei natura alios quoque Ritus afficiant.

4. Traditioni denique fideliter obsequens, Sacrosanctum Concilium declarat Sanctam Matrem Ecclesiam omnes Ritus legitime agnitos aequo iure atque honore habere, eosque in poštenim servari et omnimode fovendi velle, atque optat ut, ubi opus sit, caute ex integro ad mentem sanae traditionis recognoscantur et novo vigore, pro hodiernis adiunctis et necessitatibus, donentur,

Caput I

DE PRINCIPIIS GENERALIBUS AD SACRAM LITURGIAM INSTAURANDAM ATQUE FOVENDAM

I. De sacrae Liturgiae natura eiusque momento in vita Ecclesiae

5. Deus, »qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire« (1 Tim. 2, 4), »multifariam multisque modis olim loquens patribus in prophetis« (Hebr. 1, 1), ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, Verbum carnem factum, Špiritu Sancto unctum, ad evangelizandum pauperibus, ad sanandos contritos corde,⁸ »medicum carnalem et spiritualem«,⁹ Mediatorem Dei et hominum.¹⁰ Ipsius namque humanitas, in unitate personae Verbi, fuit instrumentum nostrae salutis. Quare in Christo »nostrae reconciliationis processit perfecta placatio, et divini cultus nobis est indita plenitudo«.¹¹

Hoc autem humanae Redemptionis et perfectae Dei glorificationis opus, cui divina magnalia in populo Veteris Testamenti praeluserant, adimplevit Christus Dominus, praecipue per suae beatae Passionis, ab inferis Resurrectionis et gloriosae Ascensionis paschale mysterium, quo »mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit«.¹² Nam de latere Christi in cruce dormientis ortum est totius Ecclesiae mirabile sacramentum.¹³

6. Ideoque, sicut Christus missus est a Patre, ita et ipse Apostolos, repletos Špiritu Sancto, misit, non solum ut, praedicantes

Uredba se uglavnom odnosi na rimski obred

3. Stoga Sveti Sabor misli da treba dozvati u pamet slijedeća načela za gajenje i obnovu liturgije i izdati praktične propise.

Među ovim načelima i propisima ima nekih koji se mogu i moraju primijeniti i na rimski i na sve ostale obrede, ali se slijedeći praktični propisi odnose samo na rimski obred, osim onih koji se po samoj svojoj naravi tiču i ostalih obreda.

Svi su obredi u Crkvi ravnopravni

4. Napokon, Sveti Sabor, slijedeći vjerno predaju, izjavljuje: sveta Majka Crkva smatra ravnopravnima i jednako časnim sve zakonito priznate obrede, te hoće da se oni i dalje čuvaju i na svaki način njeguju; ona želi da se, gdje je potrebno, oprezno, temeljito i u duhu zdrave predaje preispitaju, te im se dadne nova snaga za današnje prilike i potrebe.

I g l a v a

OPĆA NAČELA ZA OBNOVU I GAJENJE SVETE LITURGIJE

1. Narav svete liturgije i njezina važnost u životu Crkve

Bog je navijestio i izveo otkupljenje

5. Bog, »koji hoće da se svi ljudi spase i dođu do spoznaje istine« (1 Tim 2, 4), »nekoć je u mnogo navrata i na mnogo načina govorio očima po prorocima« (Heb 1, 1). A kada dođe punina vre mena, posla Sina svoga — Riječ utjelovljenu, pomazanu Duhom Svetim — da kao »liječnik tijela i duše«⁸ i posrednik između Boga i ljudi⁹ navijesti siromasima evanđelje i da izliječi one koji su skrušena srca.¹⁰ Doista, njegovo čovječstvo u jedinstvu s osobom Riječi, bijaše sredstvom našega spasenja. Zato se u Kristu »dogodio savršeni otkup našeg pomirenja i dana nam je punina bogoštovlja«.¹¹

To djelo ljudskog otkupljenja i savršene Božje proslave, kojemu su predigrom bila čudesna Božja djela u narodu Staroga zavjeta, izvršio je Krist Gospodin, naročito vazmenim otajstvom svoje blažene muke, uskrsnuća od mrtvih i slavnog uzašašća. Tako je »svojom smrću uništio našu smrt i svojim uskrsnućem obnovio naš život«.¹² Doista, iz rebra je Krista, usnulog na križu, proisteklo čudesno otajstvo čitave Crkve.¹³

Otkupljenje se primjenjuje liturgijom

6. Zato je Krist, sam poslan od Oca, poslao apostole napunjene Duhom Svetim ne samo da propovijedajući evanđelje svakom stvo-

Evangelium omni creaturae,¹⁴ annuntiaretur Filium Dei morte sua et resurrectione nos a potestate satanae et a morte liberasset et in regnum Patris transtulisset, sed etiam ut, quod annuntiabant, opus salutis per Sacrificium et Sacramenta, circa quae tota vita liturgica veritatem, exercerent. Sic per Baptismum homines paschali Christi mysterio inseruntur: commortui, consepulti, conresuscitati;¹⁶ spiritum accipiunt adoptionis filiorum, »in quo clamamus: Abba, Pater« (Rom. 8, 15), et ita fiunt veri adoratores, quos Pater quaerit.¹⁷ Similiter quotiescumque dominicam cenam manducant, mortem Domini annuntiant donec veniat.¹⁸ Idcirco, ipsa die Pentecostes, qua Ecclesia mundo apparuit, »qui receperunt sermonem« Petri »baptizati sunt«. Et erant »perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus... collaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem« (Act. 2, 41-42, 47). Numquam exinde omisit Ecclesia quin in unum conveniret ad paschale mysterium celebrandum: legendo ea »in omnibus Scripturis quae de ipso erant« (Lc. 24, 27), Eucharistiam celebrando in qua »mortis eius victoria et triumphus repraesentantur«,¹⁹ et simul gratias agendo »Deo super inenarrabili dono« (2 Cor. 9, 15) in Christo Iesu, »in laudem gloriae eius« (Eph. 1, 12), per virtutem Spiritus Sancti.

7. Ad tantum vero opus perficiendum, Christus Ecclesiae suae semper adest, praesertim in actionibus liturgicis. Praesens adest in Missae Sacrificio cum in ministri persona, »idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit«²⁰ tum maxime sub speciebus eucharisticis. Praesens adest virtute sua in Sacramentis, ita ut cum aliquis baptizat, Christus ipse baptizat.²¹ Praesens adest in verbo suo, siquidem ipse loquitur dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur. Praesens adest denique dum supplicat et psallit Ecclesia, ipse qui promisit: »Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum« (Mt. 18, 20).

Reapse tanto in opere, quo Deus perfecte glorificatur et homines sanctificantur, Christus Ecclesiam, sponsam suam dilectissimam, sibi semper consociat, quae Dominum suum invocat et per ipsum Aeterno Patri cultum tribuit.

Merito igitur Liturgia habetur veluti Iesu Christi sacerdotalis muneris exercitatio, in qua per signa sensibilia significatur et modo singulis proprio efficitur sanctificatio hominis, et a mystico Iesu Christi Corpore, Capite nempe eiusque membris, integer cultus publicus exercetur.

Proinde omnis liturgica celebratio, utpote opus Christi sacerdotis eiusque Corporis, quod est Ecclesia, est actio sacra praecellenter, cuius efficacitatem eodem titulo eodemque gradu nulla alia actio Ecclesiae adaequat.

renju¹⁴ navješćuju da nas je Sin Božji smrću svojom i uskrsnućem oslobodio od vlasti sotonine¹⁵ i od smrti te nas prenio u kraljevstvo Očeva nego također da to naviještano djelo spasenja i izvršuju žrtvom i sakramentima, oko čega se kreće sav liturgijski život. Tako se ljudi krštenjem uključuju u Kristovo vazmeno otajstvo: s njim suumrli, supokopani i suuskrsnuli¹⁶ primaju duh posinjenja »u kojem vičemo: Abba! Oče!« (Rim 8, 15) i postaju pravi klanjaoci kakve Otac traži.¹⁷ Na sličan način, kad god blaguju Gospodnju večeru, navješćuju smrt Gospodnju dok on ne dođe.¹⁸ Stoga na same Duhove, kad se Crkva objavila svijetu, oni koji prihvatise riječ Petrovu krstiše se. I bijahu »postojani u apostolskoj nauci, u zajedništvu, lomljenju kruha i molitvama« te su »hvalili Boga i uživali naklonost svega naroda« (Dj 2, 41—42, 47). Otada Crkva nikada nije propustila sastajati se na slavlje vazmenog otajstva: čitala je kod toga ono »što, se na njega odnosilo u svim Pismima« (Lk 24, 27), slavila euharistiju, u kojoj »se uprisutnjuje pobjeda i slavodobiće njegove smrti«,¹⁹ te je ujedno zahvaljivala »Bogu na njegovome neizrecivome daru« (2 Kor 9, 15) u Kristu Isusu — »na hvalu slave njegove« (Ef 1, 12), snagom Duha Svetoga.

Krist je prisutan u bogoslužju

7. Da izvrši tako veliko djelo, Krist je u svojoj Crkvi uvijek prisutan, a osobito u liturgijskim činima. Prisutan je u misnoj žrtvi i u osobi službenika i — jer se »svećeničkom službom sada prinosi onaj isti koji je onda na križu prikazao sama sebe«²⁰ — ponajpače pod euharistijskim prilikama. Prisutan je svojom moći u sakramentima, pa kad tko krsti, sam Krist krsti.²¹ Prisutan je u svojoj riječi, jer on govori kad se u Crkvi čita Sveto pismo. Prisutan je napokon kad Crkva moli i psalmira, jer je sam obećao: »Gdje su dvojica ili trojica sabrana u moje ime, tu sam ja među njima« (Mt 18, 20).

Zaista u tako velikom djelu, kojim se savršeno Bog proslavljuje i ljudi posvećuju, Krist sebi pridružuje Crkvu, predragu svoju Zaručnicu, koja ga zaziva kao svojega Gospodina i po njemu iskazuje štovanje vječnom Ocu.

S pravom se dakle liturgija smatra kao vršenje Kristove sveće ničke službe: u njoj se pomoću vidljivih znakova označuje i, na način pojedinom znaku svojstven, izvršuje čovjekovo posvećenje te tako otajstveno tijelo Isusa Krista, Glava i udovi, vrši cjelokupno javno bogoslužje.

Stoga je svako liturgijsko slavlje — budući da je ono djelo Krista Svećenika i njegova tijela, koje je Crkva — u najpotpunijem smislu sveto djelo, i s rijim se, s obzirom na isti naslov i isti stupanj, po djelotvornosti ne može izjednačiti ni jedan drugi čin Crkve.

8. In terrena Liturgia caelestem illam praegustando participamus, quia in sancta civitate Ierusalem, ad quam peregrini tendimus, celebratur, ubi Christus est in dextera Dei sedens, sanctorum minister et iubernaculi veri;²² cum omni militia caelestis exercitus hymnum gloriae Domino canimus; memoriam Sanctorum venerantes partem aliquam et societatem cum iis speramus; Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, donec ipse apparebit vita nostra, et nos apparebimus cum ipso in gloria.²³

9. Sacra Liturgia non explet totam actionem Ecclesiae; nam antequam homines ad Liturgiam accedere possint, .necesse est ut ad fidem et conversionem vocentur: »Quomodo invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Cjuomodo autem audient sine praedicante? Quomodo vero praedicabunt nisi mittantur?« (Rom. 10, 14—15).

Quare Ecclesia non credentibus praeconium salutis annuntiat, ut omnes homines solum Deum verum et quem misit Iesum Christum cognoscant et a viis suis convertantur, paenitentiam agentes.²⁴ Credentibus vero semper fidem et paenitentiam praedicare debet, eos praeterea debet ad Sacramenta disponere, docere servare omnia quaecumque mandavit Christus,²⁵ et allicere ad omnia opera caritatis, pietatis et apostolatus, quibus operibus manifestum fiat christifideles "■ de hoc mundo quidem non esse, sed tamen esse lucem mundi cosdemque Patrem glorificare coram hominibus.

10. Attamen Liturgia est culmen ad quod actio Ecclesiae tendit et simul fons unde omnis eius virtus emanat. Nam labores apostolici ad id ordinantur ut omnes, per fidem et Baptismum filii Dei facti, in unum conveniant, in medio Ecclesiae Deum laudent, Sacrificium participant et cenam dominicam manducent.

Vicissim, ipsa Liturgia impellit fideles ut »sacramentis paschalibus« satiati fiant »pietate concordem«;²⁶ orat ut »vivendo teneant quod fide perceperunt«;²⁷ renovatio vero foederis Domini cum hominibus iri Eucharistia fideles in urgentem caritatem Christi trahit et accendit. Ex Liturgia ergo, praecipue ex Eucharistia, ut e fonte, gratia in nos derivatur et maxima cum efficacia obtinetur illa in Christo hominum sanctificatio et Dei glorificatio, ad quam, uti ad finem, omnia alia Ecclesiae opera contendunt.

11. Ut haec tamen plena efficacitas habeatur, necessarium est ut fideles cum recti animi dispositionibus ad sacram Liturgiam accedant,

Predokus nebeske liturgije

8. Zemaljskom liturgijom sudjelujemo predokusom u onoj nebeskoj liturgiji koja se slavi u svetom gradu Jeruzalemu!, kamo kao putnici težimo, gdje Krist sjedi Bogu zdesna kao službenik svetišta i pravoga šatora;²² sa svim četama nebeske vojske pjevamo Gospođinu pjesan slave; štujući spomen svetih, uzdamo se zadobiti neko mjesto u društvu s njima; očekujemo Spasitelja Gospodina našega Isusa Krista, da se, kad se pojavi on, naš život, i mi zajedno s njime pojavimo u slavi.²³

Liturgija ne iscrpljuje sve djelatnosti Crkve

9. Sveta liturgija ne iscrpljuje čitavu djelatnost Crkve. Doista, prije negoli ljudi mogu pristupiti liturgiji potrebno je da budu pozvani k vjeri i obraćenju: »Kako li će zazivati onoga u koga nisu vjerovali? Kako li će vjerovati u onoga za koga nisu čuli? Kako li će čuti bez propovjednika? Kako li će propovijedati, ako nisu poslani?« (Rim 10, 14—15).

Stoga Crkva onima koji ne vjeruju navješćuje nauk spasenja, da svi ljudi upoznaju jedinoga Boga i onoga koga on poslao, Isusa Krista, te se čineći pokoru odvrate od svojih putova.²⁴ I vjernicima mora Crkva uvijek propovijedati vjeru i obraćenje. Treba ih osim toga pripremiti na sakramente, učiti ih da vrše sve što je Krist zapovjedio,[^] poticati ih na sva djela ljubavi, pobožnosti i apostolata, kojima će kršćani zaista pokazati da nisu od ovoga svijeta, ali da su ipak svjetlo svijeta, i da slave Oca pred ljudima.

Euharistija je izvor života Crkve

10. Liturgija je ipak vrhunac ka kojemu teži djelatnost Crkve, i ujedno izvor iz kojega proističe sva njezina snaga. Doista, apostolski su napori upravljani k tome da se svi koji su vjerom i krštenjem postali Božja djeca, sastaju zajedno, usred Crkve hvale Boga, sudjeluju kod žrtve i blaguju Gospodnju večeru.

Zauzvrat ista liturgija potiče vjernike da »nasićeni vazmenim otajstvima budu složni u bogoljubnosti«,²⁶ ona moli da »životom vrše ono što su vjerom prihvatili«,²⁷ a obnavljanje Saveza između Gospodina i ljudi u euharistiji, privlači i podžiče vjernike u neodoljivoj ljubavi Kristovoj. Iz liturgije dakle, osobito iz euharistije, kao s izvora, izljuje se na nas milost te se s najvećim uspjehom postizava ono posvećenje ljudi i proslava Boga u Kristu, prema čemu se, kao prema svojoj svrsi, stječu sva druga djela Crkve.

Traži se osobno raspoloženje

11. Da se postigne takav potpuni uspjeh, potrebno je da vjernici pristupaju k svetoj liturgiji s pravim raspoloženjem duše, a svoju pa-

mentem suam vobis accommodent, et supernae gratiae cooperentur, ne eam in vacuum recipiant.²⁸ Ideo sacris pastoribus advigilandum est ut in actione liturgica non solum observentur leges ad validam et licitam celebrationem, sed ut fideles scienter, actuose et fructuose eandem participant.

12. Vita tamen spiritualis non unius sacrae Liturgiae participatione continetur. Christianus enim ad communiter orandum vocatus, nihilominus debet etiam intrare in cubiculum suum ut Patrem in abscondito oret,²⁹ immo, docente Apostolo, sine intermissione orare.³⁰ Et ab eodem Apostolo docemur mortificationem Iesu semper circum-ferre in corpore nostro, ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.³¹ Quapropter Dominum in Missae Sacrificio precamur ut, »hostiae spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos« sibi perficiat »munus aeternum«.³²

13. Pia populi christiani exercitia, dummodo legibus et normis Ecclesiae conformia sint, valde commendantur, praesertim cum de mandato Apostolicae Sedis fiunt.

Speciali quoque dignitate gaudent sacra Ecclesiarum particularium exercitia, quae de mandato Episcoporum celebrantur, secundum consuetudines aut libros legitime approbatos.

Ita vero, ratione habita temporum liturgicorum, eadem exercitia ordinentur oportet, ut sacrae Liturgiae congruant, ab ea quodammodo deriventur, ad eam populum manuducant, utpote quae natura sua iisdem longe antecellat.

II. De liturgica institutione et de actuosa participatione prosequendis

14. Valde cupit Mater Ecclesia ut fideles universi ad plenam illam, consciam atque actuosam liturgicarum celebrationum participationem ducantur, quae ab ipsius Liturgiae natura postulatur et ad quam populus christianus, »genus electum, regale, sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis« (1 Pt. 2, 9; cf. 2, 4-5), vi Baptismatis ius habet et officium. Quae totius populi plena et actuosa participatio, in instauranda et fovenda sacra Liturgia, summopere est attendenda: est enim primus,isque necessarius fons, e quo spiritum vere christianum fideles hauriant; et ideo in tota actione pastorali, per debitam institutionem, ab animarum pastoribus est sedulo adpetenda.

Sed quia, ut hoc evenire possit, nulla spes effulget nisi prius ipsi animarum pastores spiritu et virtute Liturgiae penitus imbuantur in eaque efficiantur magistri, ideo pernecessum est ut institutioni liturgicae cleri apprime consulatur. Quapropter Sacrosanctum Concilium ea quae sequuntur statuere decrevit.

met usklade s glasom i da sudjeluju s nebeskom milosti kako je ne bi uzalud primali.²⁸ Stoga sveti pastiri moraju budno paziti ne samo da se u liturgijskom činu obdržavaju propisi za valjano i dopušteno slavljenje obreda, nego da u njima vjernici sudjeluju s poznavanjem, djelatno i plodno.

Nužno je gajiti pobožnost u svemu životu

12. Duhovni se život ipak ne sastoji samo od sudjelovanja u svetoj liturgiji/Doista kršćanin, pozvan da molfu zajednici, mora uz to ući i u svoju sobu i moliti Oca u tajnosti,²⁹ dapače, kako Apostol uči, mora moliti bez prestanka.³⁰ « Isti nas Apostol potiče da Isusove smrtne patnje uvijek nosimo na svom tijelu, da se i život Isusov očituje na našem smrtnom tijelu.³¹ Stoga u misnoj žrtvi molimo Gospodina, da »pošto smo primili dar duhovne žrtve, učini i nas same sebi vječnim darom.«³²

Preporučuju se odobrene pobožne vježbe

13. Veoma se preporučuju pobožne vježbe kršćanskog naroda, ako su usklađene s crkvenim zakonima i propisima, osobito kad se vrše po nalogu Apostolske Stolice.

Posebnu vrijednost imaju svete vježbe pojedinih Crkava koje se vrše po naredbi biskupa prema običajima ili pravilno odobrenim knjigama.

Te vježbe treba tako urediti prema pojedinim liturgijskim vremenima da budu u skladu sa svetom liturgijom, da od nje na neki način proizlaze te narod k njoj vode, jer ih ona po svojoj naravi daleko nadvisuje.

2. Nastojanje oko liturgijskog odgoja i djelatnog učešća

14. Majka Crkva živo želi da se svi vjernici privedu k onom punom, svjesnom i djelatnom učešću kod liturgijskih obreda koje traži sama narav liturgije i na koje kršćanski narod — jer je »izabrani rod, kraljevsko svećenstvo, sveti puk, narod određen za Božju svojinu« (1 Pt 2, 9; usp. 2, 4—5) — snagom krštenja ima pravo i dužnost. U obnavljanju i gajenju svete liturgije najviše treba nastojati oko toga punog i djelatnog učešća svega naroda; Doista, liturgija je prvo •i nenadoknadivo vrelo iz kojega vjernici valja da crpe pravi kršćanski duh. Stoga je pastiri duša u čitavoj svojoj pastoralnoj djelatnosti moraju pravilnim odgajanjem marljivo promicati.

Nema nikakve nade da će do toga doći ako se prije sami pastiri duša posve ne prožmu duhom i snagom liturgije te postanu njezini učitelji. Treba se dakle najprije pobrinuti za liturgijski odgoj klera. Stoga je Sveti Sabor odlučio odrediti ovo:

15. Magistri, qui sacrae Liturgiae disciplinae in seminariis, studiorum domibus religiosis et facultatibus theologis docendae praeficiuntur, ad munus suum in institutis ad hoc speciali cura destinatis probe instituendi sunt.

16. Disciplina de sacra Liturgia in seminariis ei studiorum domibus religiosis inter disciplinas necessarias et potiores, in facultatibus autem theologis inter disciplinas principales est habenda, et sub aspectu cum theologico et historico, tum spirituali, pastorali et iuridico tradenda. Curent insuper aliarum disciplinarum magistri, imprimis theologiae dogmaticae, sacrae Scripturae, theologiae spiritualis et pastoralis ita, ex intrinsicis exigentiis proprii uniuscuiusque obiecti, mysterium Christi et historiam salutis excolere, ut exinde earum connexio cum Liturgia et unitas sacerdotalis institutionis aperte clarescant.

17. Clerici, in seminariis domibusque religiosis, formationem vitae spiritualis liturgicam adquirant, cum apta manuductione qua sacros ritus intellegere et toto animo participare queant, tum ipsa sacrorum mysteriorum celebratione, necnon aliis pietatis exercitiis spiritu sacrae Liturgiae imbutis; pariter observantiam legum liturgicarum addiscant, ita ut vita in seminariis et religiosorum institutis liturgico spiritu penitus informetur.

18. Sacerdotes, sive saeculares sive religiosi, in vinea Domini iam operantes, omnibus mediis opportunis iuventur ut plenius semper quae in functionibus sacris agunt intellegant, vitam liturgicam vivant, eamque, cum fidelibus sibi commissis, communicent.

19. Liturgicam institutionem necnon actuosam fidelium participationem, internam et externam, iuxta ipsorum aetatem, condicionem, vitae genus et religiosae culturae gradum, animarum pastores sedulo ac patienter prosequantur, unum e praecipuis fidelis mysteriorum Dei dispensatoris muneribus absolventes; et gregem suum hac in re. non verbo tantum, sed etiam exemplo ducant.

20. Transmissiones actionum sacrarum ope radiophonica et televisifica, praesertim si agatur de Sacro faciendo, discrete ac decore fiant, ductu et sponsione personae idoneae, ad hoc munus ab Episcopis destinatae.

Učitelji se liturgike moraju izobraziti

15. Učitelji koji će u sjemeništima, u redovničkim zavodima i na teološkim fakultetima poučavati predmet svete liturgije treba da se za tu zadaću dolično pripreve na institutima koji su za to posebnom brigom uređeni.

Liturgijska izobrazba svećenstva

16. Neka se u sjemeništima i u redovničkim zavodima predmet svete liturgije ubroji među potrebne i važnije predmete, a na teološkim fakultetima među glavne; neka se predaje koliko pod teološkim i povijesnim, toliko i pod duhovnim, pastoralnim i pravnim vidom. K tome, neka učitelji drugih predmeta, a naročito dogmatike, Svetog pisma, ascetike i pastoralke nastoje, prema nutarnjim zahtjevima svakog pojedinog predmeta, tako obrađivati Kristovo otajstvo i po vijest spasenja da se na taj način jasno pokaže veza tih predmeta s liturgijom i jedinstvo svećeničkog odgoja.

Liturgijski život u sjemeništima

17. Neka klerici u sjemeništima i redovničkim zavodima steknu liturgijsku formaciju duhovnog života; neka budu zgodno upućeni da uzmognu svete obrede razumjeti i svom dušom u njima sudjelovati, bilo samim služenjem svetih otajstava bilo drugim pobožnim vježbama, zadojenima duhom svete liturgije; neka jednako nauče posluživati liturgijska pravila, tako da život u sjemeništima i redovničkim zavodima bude posve oblikovan liturgijskim duhom.

Liturgijski život i rad svećenika

18. Svim zgodnim sredstvima treba pomoći i svjetovnim i redovničkim svećenicima, koji već rade u Gospodnjem vinogradu, da sve potpunije shvaćaju ono što čine u svetim obredima, da žive liturgijskim životom i da ga prenesu na povjerene vjernike.

Odgoj i sudjelovanje puka

19. Neka pastiri duša marljivo i strpljivo nastoje oko liturgijskog odgoja i djelatnog, nutarnjeg i vanjskog, sudjelovanja vjernika prema njihovoj dobi, staležu, načinu života i stupnju vjerske izobrazbe. Vršeći tako jednu od glavnih dužnosti vjernog djelatnika Božjih otajstava, neka svoje stado u toj stvari vode ne samo riječju nego i primjerom.

Radiotelevizijski prijenosi

20. Prijenosi svetih obreda radijem i televizijom, pogotovo ako je riječ o svetoj misi, neka se vrše umjereno i dostojno, pod vodstvom i uz jamstvo prikladne osobe koju za taj posao odredi biskup.

III. De sacrae Liturgiae instauratione

21. Pia Mater Ecclesia, ut populus christianus in sacra Liturgia abundantiam gratiarum securius assequatur, ipsius Liturgiae generalem instaurationem sedulo curare cupit. Nam Liturgia constat parte immutabili, utpote divinitus instituta, et partibus mutationi obnoxiiis, quae decursu temporum variare possunt vel etiam debent, si in eas forte irrepserint quae minus bene ipsius Liturgiae intimae naturae respondeant, vel minus aptae factae sint.

Qua quidem instauratione, textus et ritus ita ordinari oportet, ut sancta, quae significant, clarius exprimant, eaque populus christianus, in quantum fieri potest, facile percipere atque plena, actiosa et communitatis propria celebratione participare possit.

Quare Sacrosanctum Concilium generaliores has normas statuit.

A) Normae generales

22. § 1. Sacrae Liturgiae moderatio ab Ecclesiae auctoritate unice pendet: quae quidem est apud Apostolicam Sedem et, ad normam iuris, apud Episcopum.

§2. Ex pbtestate a iure concessa, rei liturgicae moderatio inter limites statutos pertinet quoque ad competentes varii generis territoriales Episcoporum coetus legitime constitutos.

§ 3. Quapropter nemo omnino alius, etiamsi sit sacerdos, quidquam propHo marte in Liturgia addat, demat, aut mutet.

23. Ut sana traditio retineatur et tamen via legitimae progressioni aperiatur, de singulis Liturgiae partibus recognoscendis accurata investigatio theologica, historica, pastoralis semper praecedat. Insuper considerentur cum leges generales structurae et mentis Liturgiae, tum experientia ex recentiore instauratione liturgica et ex indultis passim concessis promanans. Innovationes, demum, ne fiant nisi vera et certa utilitas Ecclesiae id exigat, et adhibita cautela ut novae formae ex fdrmis iam exstantibus organice quodammodo crescant.

Caveatur etiam, in quantum fieri potest, ne notabiles differentiae rituum inter finitimas regiones habeantur.

24. Maximum est sacrae Scripturae momentum in Liturgia celebranda. Ex ea enim lectiones Ueguntur et in homilia explicantur, psalmi canuntur, atque ex eius afflatu instinctuque preces, orationes et carmina liturgica effusa sunt, et ex ea significationem suam actiones et signa accipiunt. Unde, ad procurandam sacrae Liturgiae instau-

3. Obnova svete liturgije

21. Dobra Majka Crkva želi marljivo provesti opću obnovu liturgije sa svrhom da bi kršćanski narod od svete liturgije sigurnije postigao obilne milosti. Liturgija se, naime, sastoji od nepromjenljivog dijela koji je božanski ustanovljen i od promjenljivih dijelova koji se tokom vremena mogu ili čak moraju mijenjati, ako su se u njih uvukle pojedinosti koje manje odgovaraju izvornoj naravi same liturgije ili su postale manje prikladne.

Tom se obnovom tekst i obredi imaju tako srediti, da jasnije izraze one svetinje koje su u njima označene, pa da ih kršćanski narod, koliko je moguće, može lako razumjeti i kod njih sudjelovati punim, djelatnim i zajednici svojstvenim slavljem. Stoga Sveti Sabor postavlja ova opća načela:

A) Opće odredbe

Samo hijerarhija uređuje liturgiju

22. § 1. Uređenje svete liturgije ovisi jedino od crkvene vlasti koju posjeduje Apostolska Stolica i, prema odredbama prava, biskup.

§ 2. Na osnovi vlasti što je podjeljuje pravo mogu, u određenim granicama, uređivati liturgiju i nadležni, zakonito ustanovljeni teritorijalni biskupski skupovi različitih vrsta.

§ 3. Stoga neka u liturgiji nitko drugi, pa ni svećenik, ništa po svom nahođenju ne dodaje, ukida ili mijenja.

Uz zdravu predaju opravdan je i napredak

23. Da se sačuva zdrava, predaja i ujedno otvori put opravdanom napretku, neka obnavljanju pojedinih dijelova liturgije uvijek pret hodi brižljivo teološko, povijesno i pastoralno proučavanje. Uz to se treba osvrtni na zakone općeg ustrojstva i duha liturgije, kao i na iskustvo što ga je donijela novija liturgijska obnova ili već tu i tamo dane povlastice. Neka se, napokon, ne uvode novosti ako to ne traži istinska i sigurna korist Crkve i uz oprezno nastojanje da novi oblici na neki način organski izrastu iz već postojećih oblika.

Neka se također pazi, koliko je moguće, da ne bude znatnih razlika u obredima između susjednih pokrajina.

Sveto pismo u liturgiji

24. Od najveće je važnosti u liturgijskoj službi Sveto pismo. Iz njega se uzimaju čitanja i tumače u homiliji; iz njega se pjevaju psalmi; njime su nadahnute i prožete molitve, zazivi i liturgijske pjesme; od njega čini i znakovi primaju svoje značenje. Stoga za

rationem, progressum et aptationem, oportet ut promoveatur ille suavis et vivus sacrae Scripturae affectus, quem testatur venerabilis rituum cum orientalium tum occidentalium traditio.

25. Libri liturgici quam primum recognoscantur, peritis adhibitis; tunc Episcopis consultis ex diversis orbis regionibus.

B) Normae ex indole Liturgiae utpote actionis hierarchicae et communitatis propriae

26. Actiones liturgicae non sunt actiones privatae, sed celebrationes Ecclesiae, quae est »unitatis sacramentum«, scilicet plebs sancta sub Episcopis adunata et ordinata.^{3*}

Quare ad universum Corpus Ecclesiae pertinent illudque manifestant et afficiunt; singula vero membra ipsius diverso modo, pro diversitate ordinum, munerum et actualis participationis, attingunt.

27. Quoties ritus, iuxta propriam cuiusque naturam, secum ferunt celebrationem communem, cum frequentia et actuosa participatione fidelium, inculcetur hanc, in quantum fieri potest, esse praeferendam celebrationi eorundem singulari et quasi privatae.

Quod valet praesertim pro Missae celebratione, salva semper natura publica et sociali cuiusvis Missae, et pro Sacramentorum administratione.

28. In celebrationibus liturgicis quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum ex rei natura et formis liturgicis pertinet.

29. Etiam ministrantes, lectores, commentatores et ii qui ad scholam cantorum pertinent, vero ministerio liturgico funguntur. Propterea munus suum tali sincera pietate et ordine exerceant, quae tantum ministerium decent quaeque populus Dei ab eis iure exigit.

Ideo oportet eos spiritu Liturgiae, suo cuiusque modo, sedulo imbui, et ad partes suas rite et ordinate obeundas institui.

30. Ad actuosam participationem promovendam, populi acclamationes, responsiones, psalmodia, antiphonae, cantica, necnon actiones seu gestus et corporis habitus foveantur. Sacrum quoque silentium suo tempore servetur.

obnovu, napredak i prilagođivanje svete liturgije treba njegovati onaj slatki i živi osjećaj Svetog pisma o kojemu svjedoči časna predaja istočnih i zapadnih obreda.

Novo izdanje liturgijskih knjiga

25. Neka se liturgijske knjige što prije preispitaju uz sudjelovanje stručnjaka i savjetovanje s biskupima raznih krajeva svijeta.

B) Odredbe koje proistječu iz naravi liturgije ukoliko je ona djelo hijerarhije i zajednice

2,6. Liturgijski čini nisu privatni čini; oni su slavlje Crkve koja je »otajstvo jedinstva« — sveti puk pod biskupima okupljen i uređen.³⁸

Stoga ti čini pripadaju čitavom Tijelu Crkve te ga očituju i na nj se odnose; ali pojedine njegove udove dosežu na različit način, prema raznolikosti staleža, službi i djelatnog učešća.

Prednost ima zajedničko slavlje

27. Kad god obredi prema svojoj vlastitoj naravi traže zajedničko slavlje, sa sudjelovanjem i djelatnim učešćem vjernika, neka se naglasi da mu se ima dati prednost, koliko je moguće, pred pojedinačnim i ne kako zasebnim.

To naročito vrijedi za misno slavlje — iako svaka misa uvijek ima javni i društveni značaj — i za podjeljivanje sakramenata.

Svatko vrši svoju ulogu

28. U liturgijskim obredima neka svatko, bio služitelj ili vjernik, vrši svoju službu i čini samo ono i sve ono što na nj spada prema naravi obreda i prema liturgijskim propisima.

Sve sudionike treba uputiti

29. Pravu liturgijsku službu vrše također i ministranti, čitači, tumači i oni koji pripadaju zboru pjevača. Stoga neka svoju ulogu vrše tako iskrenom pobožnošću i urednošću kakva pristoji tako važnoj službi i kakvu Božji narod od njih s pravom traži.

Sve ih stoga treba na svoj način brižljivo zadojiti liturgijskim duhom i poučiti da svoje uloge obavljaju pravilno i skladno.

Djelatno učešće vjernika

30. Da bi se postiglo što djelatnije sudjelovanje, neka se vodi briga o usklicima puka, odgovorima, psalmima, pripjevima, pjesmama kao i o činima, kretnjama i držanju tijeka. U pravo vrijeme neka se obdržava i sveta šutnja.

31. In libris liturgicis recognosceridis, sedulo attendatur ut rubricae etiam partes fidelium praevideant.

32. In Liturgia, praeter distinctionem ex munere liturgico et Ordine sacro manantem, et praeter honores ad normam legum liturgicarum auctoritatibus civilibus debitos, nulla privatarum personarum aut condicionum, sive in caerimoniis, sive in exterioribus pompis, habeatur acceptio.

C) Normae ex indole didactica et pastoralis Liturgiae

33. Etsi sacra Liturgia est praecipue cultus divinae maiestatis, magnam etiam continet populi fidelis eruditionem.³⁴ In Liturgia enim Deus ad populum suum loquitur; Christus adhuc Evangelium annuntiat. Populus vero Deo respondet tum cantibus tum oratione.

Immo, preces a sacerdote, qui coetui in persona Christi praeest, ad Deum directae, nomine totius plebis sanctae et omnium circumstantium dicuntur. Signa tandem visibilia, quibus utitur sacra Liturgia ad res divinas invisibiles significandas, a Christo vel Ecclesia delecta sunt. Unde non solum quando leguntur, ea quae »ad nostram doctrinam scripta sunt« (Rom. 15, 4), sed etiam dum Ecclesia vel orat vel canit vel agit, participantium fides alitur, mentes in Deum excitantur ut rationabile obsequium Ei praestent, gratiamque Eius abundantius recipiant.

Exinde in instauratione facienda generales normae quae sequuntur observari debent.

34. Ritus nobili simplicitate fulgeant, sint brevitate perspicui et repetitiones inutiles evitent, sint fidelium captui accommodati, neque generatim multis indigeant explanationibus.

35. Ut clare appareat in Liturgia ritum et verbum intime coniungi:

1) In celebrationibus sacris abundantior, varior et aptior lectio sacrae Scripturae instauretur.

2) Locus aptior sermonis, utpote partis actionis Liturgicae, prout ritus patitur, etiam in rubricis notetur; et fidelissime ac rite adimpleatur ministerium praedicationis. Haec vero imprimis ex fonte sacrae Scripturae et Liturgiae hauriatur, quasi annuntiatio mirabilium

24.

Treba predvidjeti dijelove za vjernike

31. Kod preispitivanja liturgijskih knjiga neka se pomno pazi da rubrike predvide i uloge vjernika.

U bogoslužju nema privilegija

32. U liturgiji ne smije biti nikakve razlike, ni u obredima ni u vanjskom sjaju, u postupanju s pojedinim osobama ili staležima, osim one razlike koja proizlazi iz liturgijske uloge i iz svetog reda, i osim počasti koje se prema liturgijskim propisima duguju građanskim vlastima.

C) Odredbe koje proistječu iz poučne i pastoralne naravi liturgije

33. Iako je liturgija u prvom redu štovanje božanskog veličanstva, ipak sadrži i mnoge pouke za vjerni puk.³⁴ Doista, u liturgiji Bog govori svojemuku, a Krist sveudilj navješćuje evanđelje. Sa svoje strane puk Bogu odgovara pjevanjem i molitvom.

Štoviše, i molitve što ih Bogu upravlja svećenik koji u Kristovo ime predsjedava skupu, on izgovara u ime svega svetog puka i svih koji stoje naokolo. Napokon, Krist i Crkva izabrali su i vidljive znakove kojima se služi sveta liturgija da označi nevidljive božanske stvarnosti. Stoga ne samo kad se čita ono »što je napisano nama za pouku« (Rim 15, 4), nego i kad Crkva moli ili pjeva ili vrši obred, hrani se vjera onih koji sudjeluju, a duše se potiču k Bogu, da mu iskažu duhovno bogoštovlje te obilnije prime njegovu milost.

Stoga, u obnovi koja će se provesti valja se držati ovih općih načela.

Ustrojstvo bogoslužja

34. Neka se obredi odlikuju plemenitom jednostavnošću, neka budu kratki i jasni, neka izbjegavaju suvišna ponavljanja i neka budu prilagođeni shvaćanju vjernika tako da im općenito ne treba mnogo razjašnjenja.

Čitanje Sv. pisma, propovijed i katehizacija

35. Kako bi bilo jasno da su u liturgiji obred i riječ najtješnje povezani: ...; i ,... ■

1) Neka se u svetim slavljinama obnovi obilnije, raznovrsnije i prikladnije čitanje Svetoga pisma.

2) Neka se i u rubrikama naznači najzgodnije mjesto za propovijed kao dio liturgijskog čina kad god to obred dopušta; i neka se služba propovijedanja vrši vrlo vjerno i pravilno. Propovijedanje neka crpi poglavito iz vrela Svetog pisma i liturgije, jer navješćuje čudesna

Dei in historia salutis seu mysterio Ghristi, quod in nobis praesens semper adest et operatur, praesertim in celebrationibus liturgicis.

3) Etiam catechesis directius liturgica omnibus modis inculcetur; et in ipsis ritibus, si necessariae sint, breves admonitiones, a sacerdote vel competenti ministro, opportunioribus tantum momentis, praescriptis vel similibus verbis, dicenda, praevideantur.

4) Foveatur sacra verbi Dei celebratio in solemniorum festorum pervigiliis, in aliquibus feriis Adventus et Quadragesimae, atque in dominicis et diebus festis, maxime in locis quae sacerdote carent: quo in casu celebrationem diaconus vel alius ab Episcopo delegatus dirigat.

36. § 1. Linguae latinae usus, salvo particulari iure, in Ritibus latinis servetur.

§ 2. Cum tamen, sive in Missa, sive in Sacramentorum administratione, sive in aliis Liturgiae partibus, haud raro linguae vernaculae usurpatio valde utilis apud populum exsistere possit, amplior locus ipsi tribui valeat, imprimis autem in lectionibus et admonitionibus, in nonnullis orationibus et cantibus, iuxta normas quae de hac re in sequentibus capitibus singillatim statuuntur.

§ 3. Huiusmodi normis servatis, est competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua in art. 22 § 2, etiam, si casus ferat, consilio habito cum Episcopis finitimarum regionum eiusdem linguae, de usu et modo linguae vernaculae statuere, actis ab Apostolica Sede probatis seu confirmatis.

§ 4. Conversio textus latini in linguam vernaculam in Liturgia adhibenda, a competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua supra, approbari debet.

D) Normae ad aptationem ingenio et traditionibus populorum perficiendam

37. Ecclesia, in iis quae fidem aut bonum totius communitatis non tangunt, rigidam unius tenoris formam ne in Liturgia quidem imponere cupit; quinimmo, variarum gentium populorumque animi ornamenta ac dotes colit et provehit; quidquid vero in populorum moribus indissolubili vinculo superstitionibus erroribusque non ad-* stipulatur, benevole perpendit ac, si potest, sartum tectumque servat, immo quandoque in ipsam Liturgiam admittit, dummodo cum rationibus veri et authentici spiritus liturgici congruat.

djela Božja u povijesti spasenja ili u otajstvu Kristovu koje je uvijek u nama prisutno i djelatno, osobito u liturgijskim slavljima.

3) Neka se na svaki način još izravnije i upornije preporuča liturgijska kateheza; a neka se i u samim obredima predvide, ako su potrebne, kratke napomene koje će u prikladnijem trenutku izreći svećenik ili nadležan služitelj propisanim ili sličnim riječima.

4) Neka se promiče sveto slavlje Božje riječi u predvečerja većih svetkovina, u neke dane u tjednima došašća i korizme te nedjeljama i blagdanima, posebno u mjestima gdje nema svećenika. U tom slučaju neka tu službu vodi đakon ili tko drugi određen od biskupa.

Liturgijski jezik

36. § 1. U latinskim obredima treba sačuvati latinski jezik, osim gdje postoji posebna povlastica.

§ 2. Ipak, kako u misi tako i u dijeljenju sakramenata i u drugim dijelovima liturgije, bit će nerijetko vrlo korisno za puk upotrijebiti narodni jezik; stoga neka mu se u liturgiji dade više mjesta, ponajprije u čitanjima, upozorenjima, u nekim molitvama i pjesmama, prema propisima koji će se o toj stvari pojedinačno odrediti u slijedećim glavama.

§ 3. Spada na nadležnu crkvenu teritorijalnu vlast, o kojoj govori čl. 22 § 2, da na temelju ovih propisa — pošto se, ako treba, posavjetuje s biskupima obližnjih pokrajina istog jezika — odredi način i upotrebu narodnog jezika. To ipak odobrava ili potvrđuje Apostolska Stolica.

§ 4. Prijevod latinskog teksta na narodni jezik koji se ima upotrijebiti u liturgiji treba da odobri gore spomenuta nadležna crkvena teritorijalna vlast.

D) Odredbe za prilagođivanje narodnom duhu i predajama

37. Crkva ne želi ni u liturgiji nametnuti strogu jednoličnost, kad god nije u pitanju vjera ili dobro čitave zajednice. Naprotiv, ona poštuje i promiče duhovne osobine i obilježja različitih rasa i naroda. Ona dobrohotno prosuđuje i, koliko je moguće, svom pomoćju čuva sve što u različitim narodnim običajima nije nerazrješivo povezano s praznovjermjem i zabludom; štoviše, katkada to pripušta i u samu liturgiju, ako se samo može uskladiti s izrazima pravog i istinskog liturgijskog duha.

38. Servata substantiali unitate Ritus romani, legitimis varietatibus et aptationibus ad diversos coetus, regiones, populos, praesertim in Missionibus, locus relinquatur, etiam cum libri liturgici recognoscuntur; et hoc in structura rituum et in rubricis instituendis opportune prae oculis habeatur,

39. Intra limites in editionibus typicis librorum liturgicorum statutos, erit competentis auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua in art 22 § 2, aptationes definire, praesertim quoad administrationem Sacramentorum, quoad Sacramentalia, processiones, linguam liturgicam, musicam sacram et artes, hixta tamen normas fundamentales quae hac in Constitutidne habentur.

40. Cum tamen variis in locis et adiunctis, profundior Liturgiae aptatio urgeat, et ideo difficilior evadat:

1) A competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua in art. 22 § 2, sedulo. et prudenter consideretur quid, hoc in negotio, ex traditionibus ingenioque singulorum populorum opportune in cultum divinum admitti possit. Aptationes, quae utiles vel necessariae existimantur, Apostolicae Sedi proponantur, de ipsius consensu introducendae.

2) Ut autem aptatio cum necessaria circumspectione fiat, eidem auctoritati ecclesiasticae territoriali ab Apostolica Sede facultas tribuetur, si casus ferat, ut in quibusdam coetibus ad id aptis et per determinatum tempus necessaria praevia experimenta permittat et dirigat.

3) Quia leges liturgicae difficultates speciales, quoad aptationem, praesertim in Missionibus, secum ferre solent, in illis condendis praesto sint viri, in re de qua agitur, periti.

IV. De vita liturgica in dioecesi et in paroecia fovenda

41. Episcopus ut sacerdos magnus sui gregis habendus est, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet.

Quare omnes vitam liturgicam dioeceseos circa Episcopum, praesertim in ecclesia cathedrali, maximi faciant oportet: sibi persuasum habentes praecipuam manifestationem Ecclesiae haberi in plenaria et actuosa participatione totius plebis sanctae Dei in iisdem celebrationibus liturgicis, praesertim in eadem Eucharistia, in una oratione, ad unum altare cui praeest Episcopus a suo presbyterio et ministris circumdatus.⁸⁵

Prilagođivanje raznim narodima

38. Čuvajući bitno jedinstvo rimskog obreda, neka se tak ^er u novom izdanju liturgijskih knjiga dadne mjesta za opravdane raznolikosti i za prilagođivanja raznim etničkim skupinama, krajevima i narodima, naročito u misijama. Neka se to na zgodan način ima pred očima u uređivanju obreda i u određivanju rubrika.

Granica prilagođivanja

39. Posao je nadležne crkvene teritorijalne vlasti, o kojoj govori čl. 22 § 2, da u granicama postavljenima u tipičnim izdanjima liturgijskih knjiga odredi prilagođenja, osobito u dijeljenju sakramenata i blagoslovima, u ophodima, u liturgijskom jeziku, svetoj glazbi i umjetnosti, ali prema temeljnim odredbama koje se nalaze u ovoj konstituciji.

Bogoslužje u misijama

40. Budući da je u različitim krajevima i okolnostima potrebno dublje, pa prema tome i teže prilagođenje liturgije:

1) Neka nadležna crkvena teritorijalna vlast, o kojoj govori čl. 22 § 2, pomno i razborito promotri što se u tom pogledu može zgodno pripustiti u bogoslužje iz predaje i duha pojedinih naroda. Prilagođenja koja se smatraju korisnima ili potrebnima neka se predlože Apostolskoj Stolici da se onda uvedu s njezinim pristankom.

2) Da bi se to prilagođenje izvelo potrebnom oprežnošću, ako je potrebno, neka Apostolska Stolica udijeli ovlast toj istoj crkvenoj teritorijalnoj vlasti da ona u nekim, za to zgodnim skupinama! kroz određeno vrijeme dopusti i vodi potrebne prethodne pokušaje.

3) Budući da liturgijski zakoni u pogledu prilagođivanja obično predstavljaju velike teškoće, osobito u misijama, neka kod njihova donošenja budu uvijek pri ruci stručnjaci u dotičnom predmetu.

4. Promicanje liturgijskog života u biskupiji i župi

Liturgijski život u biskupiji

41. Biskup se ima smatrati velikim svećenikom svoga stada; od njega na neki način proistječe i ovisi život vjernika u Kristu.

Stoga svi treba da uvelike cijene liturgijski život biskupije oko biskupa, naročito u stolnoj crkvi. Neka budu uvjereni da se Crkva poglavito očituje u punom i djelatnom učešću svega svetog naroda Božjeg u istim liturgijskim slavljinama, a osobito u istoj euharistiji, u istoj molitvi, kod jednog oltara kojemu predsjedava biskup okružen svojim svećenstvom i služiteljima.³⁵

42. Cum Episcopus in Ecclesia sua ipsemet nec semper nec ubique universo gregi praeesse possit, necessario constituere debet fidelium coetus, inter quos paroeciae, localiter sub pastore vices gerente Episcopi ordinatae, eminent: nam quodammodo repraesentant Ecclesiam visibilem per orbem terrarum constitutam.

Quare vita liturgica paroeciae eiusque relatio ad Episcopum in mente et praxi fidelium et cleri fovenda est; et adlaborandum ut sensus communitatis paroecialis, imprimis vero in communi celebratione Missae dominicalis, floreat.

V. De actione pastoralis liturgica promovenda

43. Sacrae Liturgiae fovendae atque instaurandae studium merito habetur veluti signum providentialium dispositionum Dei super nostra aetate, veluti transitus Spiritus Sancti in sua Ecclesia; et vitam ipsius, immo huius nostri temporis universam rationem religiose sentiendi et agendi, nota propria distinguit.

Quapropter, ad hanc actionem pastoralementem liturgicam ulterius in Ecclesia fovendam, Sacrosanctum Concilium decernit:

44. A competenti auctoritate ecclesiastica territoriali, de qua in art. 22 § 2, expedit ut instituaturs Commissio liturgica, a viris in scientia liturgica, Musica, Arte sacra ac re pastoralis peritis iuvanda. Cui Commissioni, in quantum fieri potest, opem ferat quoddam Institutum Liturgiae Pastoralis, constans sodalibus, non exclusis, si res ita ferat, laicis in hac materia praestantibus. Ipsius Commissionis erit, ductu auctoritatis ecclesiasticae territorialis, de qua supra, et actionem pastoralementem liturgicam in sua ditione moderari, et studia atque necessaria experimenta promovere, quoties agatur de aptationibus Apostolicae Sedi proponendis.

45. Eadem ratione, in singulis dioecesibus Commissio de sacra Liturgia hebeatur, ad actionem liturgicam, moderante Episcopo, promovendam.

Opportunum aliquando evadere potest ut plures dioeceses unam Commissionem constituent, quae, collatis consiliis, rem liturgicam provehat.

46. Praeter Commissionem de sacra Liturgia, in quavis dioecesi constituentur, quantum fieri potest, etiam Commissiones de Musica sacra et de Arte sacra.

Necessarium est ut hae tres Commissiones consociatis viribus adlaborent; immo non raro congruum erit ut in unam Commissionem coalescant.

Liturgijski život u župi

42. Kako biskup ne može sam u svojoj Crkvi uvijek i posvuda predsjedati svojem stadi, nužno je da uspostavlja zajednice vjernika, među kojima se ističu župe, uređene po mjestima pod pastirskom koji zamjenjuje biskupa. One na neki način predstavljaju vidljivu Crkvu rasprostranjenu po cijelom svijetu.

Stoga u svijesti i djelatnosti vjernika i svećenstva treba njegovati liturgijski život župe i njezin odnos prema biskupu; valja se truditi da osjećaj župske zajednice bude živ, ponajprije zajedničkim slavljen nedjeljne mise.

5. Gajiti pastoralno-liturgijsku djelatnost

43. Nastojanje oko gajenja i obnove svete liturgije s pravom se smatra znakom providnosnog Božjeg djelovanja u naše doba, kao prolazom Duha Svetoga kroz njegovu Crkvu; to na poseban način obilježuje njezin život, štoviše, i sve vjersko osjećanje i djelovanje ovog našeg vremena.

Stoga, da se ta pastoralno-liturgijska djelatnost u Crkvi još više razvija, Sveti Sabor određuje:

Međubiskupijski liturgijski odbori

44. Vrlo je korisno da nadležna crkvena teritorijalna vlast o kojoj govori čl. 22 § 2, ustanovi liturgijski odbor kojemu će pomagati stručnjaci liturgijske znanosti, glazbe, sakralne umjetnosti i pastoralnog rada. Tom odboru neka bude pri ruci, koliko je moguće, neki institut pastoralne liturgije koji će se sastojati, ako treba, i od članova svjetovnjaka vještih tom predmetu. Pod vodstvom gore spomenute crkvene teritorijalne vlasti taj će odbor voditi pastoralno-liturgijsku djelatnost na svome području, te će promicati nastojanja i potrebne pokušaje kad god se radi o prilagođivanjima što ih treba predložiti Apostolskoj Stolici.

Biskupijski liturgijski odbori

45. Isto tako neka se u pojedinim biskupijama ustanovi odbor za unapređivanje liturgije pod vodstvom biskupa.

Bit će koji put prikladno da više biskupija ustanovi jedan odbor, koji će združenim savjetovanjem promicati liturgijski apostolat.

Odbori svete glazbe i umjetnosti

46. Osim odbora svete liturgije neka se u svakoj biskupiji, gdje je moguće, ustanove odbori svete glazbe i umjetnosti.

Potrebno je da ta tri odbora rade združenim silama, a često će biti zgodno da se stope u jedan odbor.

Caput II DE SACROSANCTO

EUCHARISTIAE MYSTERIO

47. Salvator noster, in Cena novissima, qua nocte tradebatur, Sacrificium Eucharisticum Corporis et Sanguinis sui instituit, quo Sacrificium Crucis in saecula, donec veniret, perpetuaret, atque adeo Ecclesiae dilectae Sponsae memoriale concrederet Mortis et Resurrectionis suae: sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis,¹ convivium paschale, «in quo Christus sumitur, mens impletur gratia et futurae gloriae nobis pignus datur».²

48. Itaque Ecclesia sollicitas curas eo intendit ne christifideles huic fidei mysterio tamquam extranei vel muti spectatores intersint, sed per ritus et preces id bene intellegentes, sacram actionem consue, pie et actuose participant, verbo Dei instituuntur, mensa Corporis Domini reficiantur, gratias Deo agant, immaculatam hostiam, non tantum per sacerdotis manus, sed etiam una cum ipso offerentes, seipsos offerre discant, et de die in diem consumuntur, Christo Mediatore, in unitatem cum Deo et inter se,³ ut sit tandem Deus omnia in omnibus.

49* Quapropter, ut Sacrificium Missae, etiam rituum forma, plenam pastorem efficacitatem assequatur, Sacrosanctum Concilium, ratione habita Missarum, quae concurrente populo celebrantur, praesertim diebus dominicis et festis de praeepto, ea quae sequuntur decernit.

50. Ordo Missae ita recognoscatur, ut singularum partium propria ratio necnon mutua connexio clarius pateant, atque pia et actiosa fidelium participatio facillior reddatur.

Quamobrem ritus, probe servata eorum substantia, simpliciores fiant; ea omittantur quae temporum decursu duplicata fuerunt vel minus utiliter addita; restituantur vero ad pristinam sanctorum Patrum normam nonnulla quae temporum iniuria deciderunt, prout opportuna vel necessaria videantur.

51. Quo ditior mensa verbi Dei pareatur fidelibus, thesauri biblici largius aperiantur, ita ut, intra praestitutum annorum spatium, praestantior pars Scripturarum-Sanctarum populo legatur.

PRESVETO OTAJSTVO EUHARISTIJE

Vazmena žrtva i gozba

47. Naš je Spasitelj na posljednjoj večeri, one noći kad bijaše izdan, ustanovio euharistijsku žrtvu svoga Tijela i Krvi, da ovdjeko vječi žrtvu na križu kroz stoljeća, sve dok ne dođe, te da tako Crkvi, svojoj ljubljenoj Zaručnici, povjeri spomen-čin svoje smrti i uskrs nuća,⁸⁸ vazmenu gozbu na kojoj se Krist blaguje, duša se napunja milosti i daje nam se zalog buduće slave.³⁷

Misa je čin vjernika

48. Crkva zato svom brigom nastoji oko toga da vjernici ne bi prisustvovali tom otajstvu vjere kao tuđinci ili nijemi gledaoci, nego da ga kroz obrede i molitve dobro razumiju, pa da svjesno, pobožno i djelatno učestvuju u svetom činu; da se poučavaju Božjom riječi, krijepe blagovanjem Gospodnjeg tijela, zahvaljuju Bogu, pa da Se — prikazujući neokaljanu žrtvu, ne samo rukama svećenika nego zajedno s njim — nauče prinositi sami sebe, i da se tako po Kristu posredniku⁵⁸ iz dana u dan usavršavaju u jedinstvu s Bogom i među sobom, da napokon Bog bude sve u svemu.

49. Stoga, da bi misna žrtva i obrednim oblikom postigla pun pastoralni uspjeh, Sveti Sabor odlučuje sve ovo što slijedi s obzirom na mise koje se služe uz učešće naroda, naročito u nedjelju i u zapovijedane blagdane:

Treba preraditi Red mise

50. Neka se preispita Red mise, da budu jasnije vlastitosti poje dinih dijelova i njihova međusobna veza i da se olakša pobožno i djelatno učešće vjernika.

Zbog toga neka se obredi pojednostave, zgodno zadržavajući njihovu bit; neka se ispusti ono što se tokom vremena podvostručilo ili bez velike koristi dodalo; neka se opet, koliko bude zgodno i potrebno, prema davnom otačkom pravilu uspostavi ono što je tokom nesklonih vremena propalo.

Čitanja u misi

51. Da bi se vjernicima pripravo što bogatiji stol riječi Božje, neka se svestranije otvore biblijske riznice, tako da se kroz utvrđeni broj. godina narodu pročita istaknutiji dio Svetog pisma.

52. Homilia, qua per anni liturgici cursum ex textu sacro fidei mysteria et normae vitae christianae exponuntur, ut pars ipsius liturgiae valde commendatur; quinimmo in Missis quae diebus dominicis et festis de praecepto concurrente populo celebrantur, ne omitatur, nisi gravi de causa.

53. »Oratio communis« seu »fidelium«, post Evangelium et homiliam, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto, restituatur, ut, populo eam participante, obsecrationes fiant pro sancta Ecclesia, pro iis qui nos in potestate regunt, pro iis qui variis premuntur necessitatibus, ac pro omnibus hominibus totiusque mundi salute.⁴

§4. Linguae vernaculae in Missis cum populo celebratis congruus locus tribui possit, praesertim in lectionibus et »oratione communk, ac, pro condicione locorum, etiam in partibus quae ad populum spectant, ad normam art. 36 huius Constitutionis. Provideatur tamen ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missae quae ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare.

Sicubi tamen amplior usus linguae vernaculae in Missa opportunus esse videatur, servetur praescriptum art. 40 huius Constitutionis.

55. Valde commendatur illa perfectior Missae participatio qua fideles post Communionem sacerdotis ex eodem Sacrificio Corpus Dominicum sumunt. Communio sub utraque specie, firmis principiis dogmaticis a Concilio Tridentino statutis,⁵ in casibus ab Apostolica Sede definiendis, tum clericis et religiosis, tum laicis concedi potest, de iudicio Episcoporum, veluti ordinatis in Missa sacrae suae ordinationis, professis in Missa religiosae suae professionis, neophytis in Missa quae Baptismum subsequitur.

56. Duae partes e quibus Missa quodommodo constat, liturgia nempe verbi et eucharistica, tam arcte inter se coniunguntur, ut unum actum cultus efficiant. Sacra proinde Synodus vehementer hortatur imimarum pastores ut, in catechesi tradenda, fideles sedulo doceant de integra Missa participanda, praesertim diebus dominicis et festis de praecepto.

Propovijed u svakoj misi s narodom

52. Homilija se veoma preporučuje; ona je dio same liturgije. Njome se tijekom liturgijske godine na temelju svetog teksta tumače otajstva vjere i pravila kršćanskog života. Neka se to nikako ne propušta, osim zbog teškog razloga, nedjeljama i zapovijedanim blagdanima na misama koje se služe uz učešće naroda.

»Molitva vjernika« u misi

53. Neka se u nedjelju i zapovijedane blagdane poslije evanđelja i homilije opet uvede »zajednička molitva« ili »molitva vjernika«, da se uz sudjelovanje naroda obave molitve za svetu Crkvu, za one koji s vlašću nama upravljaju, za one koje tište razne nevolje, kao i za sve ljude i za spasenje svega svijeta.⁸⁰

Koji se jezik upotrebljava u misi

54. U misama koje se služe s narodom može se primjereno upotrebljavati narodni jezik, osobito u čitanjima i u »zajedničkoj molitvi«, a prema mjesnim prilikama i u dijelovima koji se odnose na narod, prema propisu Čl. 36 ove konstitucije.

Valja se ipak pobrinuti da vjernici znadu i latinski izgovarati ili pjevati dijelove misnog reda što- spadaju na njih.

Gdje se pak smatra zgodnom veća upotreba narodnog jezika u misi, neka se obdržava propis čl. 40 ove konstitucije.

Najvažnije je da se vjernici pričešćuju

55. Veoma se preporučuje ono savršnije učestvovanje kod mise, kad vjernici nakon svećenikove pričesti blaguju Tijelo Gospodnje od te iste žrtve.

Ne dirajući u dogmatska načela Tridentskog sabora,⁴ u slučajevima koje odredi Apostolska Stolica a po sudu biskupa može se dopustiti pričest pod obje prilike i klericima i redovnicima i laicima: kao redenicima u misi njihova svetog ređenja, zavjetovanicima u misi njihova redovničkog zavjetovanja, novokrštenicima u misi poslije krštenja.

Treba prisustvovati cijeloj misi

56. Dva dijela od kojih se na neki način misa sastoji, to jest bogoslužje riječi i euharistijsko bogoslužje, tako su usko među sobom povezana da tvore jedan bogoštovni čin. Stoga Sveti Sabor veoma opominje pastire duša da u katehizaciji brižljivo pouče vjernike kako valja prisustvovati cijeloj misi, naročito u nedjelje i zapovjedne blagdane.

57. § 1. Concelebratio, qua unitas sacerdotii opportune manifestatur, iri Ecclesia usque adhuc illi usu remansit tam in Oriente quam in Occidente. Quare facultatem coricelebrandi ad sequentes casus Concilio extendere placuit:

1° a) feria V in Cena Domini, tum ad Missam chrismatis, tum ad Missam vespertinam;

b) ad Missas in Conciliis, Conventibus Episcopalibus et Synodis;

c) ad Missam in Benedictione Abbatis.

2° Praeterea, accedente licentia Ordinarij, cuius est de opportunitate concelebrationis iudicare:

a) ad Missam conventualem et ad Missam principalem in ecclesiis, cum utilitas christifidelium singularem celebrationem omnium sacerdotum praesentium non postulat;

b) ad Missas in conventibus cuiusvis generis sacerdotum tum saecularium tum religiosorum.

§ 2. 1° Ad Episcopum vero pertinet concelebrationis disciplinam in dioecesi moderari.

2° Salva tamen semper sit cuique sacerdoti facultas Missam singularem celebrandi, non vero eodem tempore in eadem ecclesia, nec feria V in Cena Domini.

58. Novus ritus concelebrationis conficiatur, Pontificali et Missali romano inserendus.

C a p u t III

DE CETERIS SACRAMENTIS ET DE SACRAMENTALIBUS

59. Sacramenta ordinantur ad sanctificationem hominum, ad aedificationem Corporis Christi, ad cultum denique Deo reddendum; ut signa vero etiam ad instructionem pertinent. Fidem non solum supponunt, sed verbis et rebus etiam alunt, roborant, exprimunt; quare fidei sacramenta dicuntur. Gratiam quidem conferunt, sed eorum celebratio fideles optime etiam disponit ad eandem gratiam fructuose recipiendam, ad Deum rite colendum et ad caritatem exercendam.

Maxime proinde interest ut fideles signa Sacramentorum facile intellegant et ea Sacramenta impensissime frequentet, quae ad vitam christianam alendam sunt instituta.

60. Sacramentalia praeterea sancta Mater Ecclesia instituit. Quae sacra sunt signa quibus, in aliquam Sacramentorum imitationem,

Koncelebracija

57. § 1. Koncelebracija, kojom se zgodno očituje svećeničko je dinstvo, sačuvala se u Crkvi sve do sada i na Istoku i na Zapadu. Stoga se Saboru svidjelo da ovlast koncelebracije protegne na slije deće slučajeve:

1° a) na Četvrtak Gospodnje večere, bilo kod mise posvete ulja bilo kod večernje;

b) na mise prigodom koncila, biskupskih zborova i sinoda;

c) na misi blagoslova opata.

2° Osim toga, uz dozvolu ordinarija, koji ima suditi o zgodnosti koncelebracije:

a) na konventualnu i na glavnu misu u crkvama gdje korist vjernika ne traži pojedinačno služenje mise svih prisutnih svećenika;

b) na mise prigodom bilo kojih zborova i svjetovnih i redovničkih svećenika.

§ 2. 1° Na biskupa spada da u biskupiji određuje pravila za koncelebraciju.

2° Svakome je svećeniku slobodno da misi pojedinačno, ali ne u isto doba u istoj crkvi i ne u Četvrtak Gospodnje večere.

58. Neka se sastavi novi obred koncelebracije i unese u Rimski pontifikal i misal.

III glava

OSTALI SAKRAMENTI I BLAGOSLOVINE

Svrha sakramenata

59. Sakramenti imaju svrhu posvećivati ljude, izgrađivati Tijelo Kristovo i napokon iskazivati Bogu štovanje; a kao znakovi oni ujedno i poučavaju. Vjeru ne samo da pretpostavljaju nego je riječima i stvarno hrane, jačaju i izražavaju; stoga se i zovu »otajstva vjere«. Milost zaista dijele, a njihovo obredno slavlje vjernike najbolje i sprema da tu milost plodonosno prime, da Boga pravilno štuju i vrše ljubav.

Stoga je od najveće koristi da vjernici lako razumiju sakramentalne znakove i da vrlo često primaju one sakramente koji su ustanovljeni za održavanje kršćanskog života.

Uloga blagoslovim

60. Uz to je sveta Majka. Crkva ustanovila blagoslovine. To su sveti znakovi, nalik sakramentima, kojima se označuju i na molbu

effectus praesertim spirituales significantur et ex Ecclesiae impetratione obtinentur. Per ea homines ad praecipuum Sacramentorum effectum suscipiendum disponuntur et varia vitae adivincta sanctificantur.

61. Itaque liturgia Sacramentorum et Sacramentalium id efficit ut fidelibus bene dispositis omnis fere eventus vitae sanctificetur gratia divina manante ex mysterio paschali Passionis, Mortis et Re-surrectionis Christi, a quo omnia Sacramenta et Sacramentalia suam virtutem derivant; nullusque paene rerum materialium usus honestus ad finem hominem sanctificandi Deumque laudandi dirigi non possit.

62. Cum autem, successu temporum, quaedam in Sacramentorum et Sacramentalium ritus irreperint, quibus eorum natura et finis nostris temporibus minus eluceant, atque adeo opus sit quaedam in eis ad nostrae aetatis necessitates accommodare, Sacrosanctum Concilium ea quae sequuntur de eorum recognitione decernit.

63. Cum haud raro in administratione Sacramentorum et Sacramentalium valde utilis esse possit apud populum linguae vernaculae usurpatio, amplior locus huic tribuatur, iuxta normas quae sequuntur:

a) In administratione Sacramentorum et Sacramentalium lingua vernacula adhiberi potest ad normam art. 36;

b) Iuxta novam Ritualis romani editionem, Ritualia particularia, singularum regionum necessitatibus, etiam quoad linguam, accommodata, a competenti ecclesiastica auctoritate territoriali de qua in art. 22 § huius Constitutionis quam primum parentur, et, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinet adhibeantur. In iis autem Ritualibus vel peculiaribus Collectionibus rituum conficiendis, ne omittantur instructiones, in Rituali romano singulis ritibus praepositae, sive pastorales et rubricales, sive quae peculiare momentum sociale habent.

64. Instauretur catechumenatus adultorum pluribus gradibus distinctus, de iudicio Ordinarii loci in usum deducendus; quo fiat ut tempus catechumenatus, aptae institutioni destinatum, sacris ritibus successivis temporibus celebrandis, sanctificari possit.

65. In terris Missionum, praeter ea quae in traditione christiana habentur, illa etiam elementa initiationis admitti liceat, quae apud unumquemque populum in usu esse reperiuntur, quatenus ritui christiano accommodari possunt, ad normam art. 37-40 huius Constitutionis.

Crkve postižu učinci, naročito duhovni. Njima se ljudi pripremaju primiti glavni učinak sakramenata i posvećuju se razne zgrade života.

Sakramenti posvećuju sav naš život

61. Stoga liturgija sakramenata i blagoslovina pruža mogućnost pravo raspoloženim vjernicima da- im se gotovo svaka zгода života posvećuje božanskom milošću koja proističe iz vazmenog otajstva muke, smrti i uskrsnuća Krista, od koga svi sakramenti i blagoslovine crpe svoju moć; i kao da nema ni jedne Čestite upotrebe tvarnih dobara koja se ne bi mogla usmjeriti čovjeku na posvećenje i Bogu na hvalu.

Neke obrede treba prilagoditi našem vremenu

62. Budući da se tijekom vremena u obrede sakramenata i blago slovina uvuklo ponešto što u naše doba manje jasno pokazuje njihovu narav i svrhu, potrebno je štošta prilagoditi potrebama našeg vremena. U pogledu obnove Sveti Sabor odlučuje ovo.

Dijeljenje sakramenata na narodnom jeziku

63. U podjeljivanju sakramenata i blagoslovina nerijetko može biti vrlo korisno ako se upotrebljava narodni jezik; neka mu se stoga dade više mjesta prema odredbama koje slijede:

a) u dijeljenju sakramenata i blagoslovina može se upotrebljavati narodni jezik u smislu čl. 36;

b) neka nadležna crkvena teritorijalna vlast, o kojoj govori čl. 22 § 2, prema novom izdanju Rimskog obrednika što prije pripremi vlastiti obrednik, prilagođen potrebama pojedinih krajeva, s obzirom i na jezik; pošto ga odobri Apostolska Stolica, neka se upotrebljava u tim krajevima. Neka se kod sastavljanja tih obrednika ili posebnih zbirki obreda ne izostave pouke, bilo pastoralne i obredne, bilo one koje imaju važno društveno značenje, a koje se nalaze na početku pojedinih obreda Rimskog obrednika.

Krštenje odraslih

64. Neka se obnovi katekumenat odraslih i razdijeli na više stupnjeva, a uvest će se prema sudu mjesnog ordinarija. To se vrijeme katekumenata, određeno za prikladnu pouku, može posvetiti svetim obredima koji će se susljedno obavljati.

Obred krštenja u misijama

65. U misijskim se zemljama smiju, uz ono što se nalazi u kršćanskoj predaji, pripustiti i elementi inicijacije koji su običajni kod pojedinog naroda, ukoliko se mogu prilagoditi kršćanskom obredu prema čl. 37—40 ove konstitucije.

66. Uterque ritus baptizandi adultos, rum simplicior, rum, ratione habita catechumenatus instaurati, solemnior, recognoscatur; et Missali romano Missa propria »In collatione Baptismi« inseratur.

67. Ritus baptizandi parvulos recognoscatur et verae infantium conditioni accommodetur; partes etiam parentum et patrinorum eorumque officia, in ipso ritu, magis pateant.

68. In ritu Baptismi ne desint accommodationes, de iudicio Ordinarii loci adhibendae, pro magno baptizandorum concursu. Conficiatur item Ordo brevior quo, praesertim in terris Missionum, catechistae, et generatim, in periculo mortis, fideles, absente sacerdote vel diacono, uti possint.

69. Loco ritus qui »Ordo supplendi omnia super infantem baptizatum« appellatur, novus conficiatur quo apertius et congruentius indicetur infantem, qui ritu brevi baptizatus fuerit, iam receptum esse in Ecclesiam.

Item novus ritus conficiatur pro valide iam baptizatis, ad sacra catholica conversis, quo significetur eos in Ecclesiae communionem admitti.

70. Aqua baptismalis, extra tempus paschale, in ipso ritu Baptismi. probata formula brevior benedici potest.

71. Ritus Confirmationis recognoscatur etiam ut huius Sacramenti intima connexio cum tota initiatione christiana clarius eluceat; quapropter renovatio promissionum Baptismi convenienter ipsam Sacramenti susceptionem praecedet.

Confirmationis, pro opportunitate, intra Missam conferri potest; ad ritum autem extra Missam quod attinet, pareatur formula ad modum introductionis adhibenda.

72. Ritus et formulae Paenitentiae ita recognoscantur, ut naturam et effectum Sacramenti clarius exprimant.

73. »Extrema Unctio«, quae etiam et melius »Unctio infirmorum« vocari potest, non est Sacramentum eorum tantum qui in extremo

Jednostavni i svečani obred krštenja

66. Neka se prerade oba obreda za krštenje odraslih, i jedno stavni i svečani, koji je povezan uz obnovljeni katekumetiat; i neka se u Rimski misal unese vlastita misa »Kod podjeljivanja krsta«.

Poseban obred za krštenje djece

67. Neka se preradi obred krštenja djece i prilagodi pravom stanju djetinjstva; neka se u tom obredu jasnije istaknu uloge i dužnosti roditelja i kumova.

Kratak obred krštenja u smrtnoj pogibelji

68. Obred krštenja neka ne bude bez prilagođenja⁴ za veliki broj krštenika, koja će se upotrebljavati prema sudu mjesnog ordinarija. Neka se, nadalje, sastavi i kraći obred kojim će se naročito u misijskim zemljama moći služiti katehiste, a u smrtnoj pogibelji i obični vjernici, ako nema svećenika ili đakona.

Kako se dopunjuje izostavljeno

69. Mjesto obreda koji se zove »Kako se dopunja nad krštenim djetetom što je bilo izostavljeno« neka se sastavi novi, u kojemu će se jasnije i skladnije očitovati da je dijete, koje je bilo kršteno kratkim obredom, već primljeno u Crkvu.

Isto tako neka se sastavi novi obred za one koji su valjano kršteni a obratili su se katoličkoj vjeri, pa neka se u njemu označi da se oni primaju u zajednicu Crkve.

Blagoslov krsne vode

70. Krsna se voda može izvan uskrsnog vremena blagosloviti i u samom obredu kraćim odobrenim obrascem.

, Obred potvrde

71. Neka se nanovo sastavi obred potvrde, da bude jasnija nu taranja veza tog sakramenta s čitavom kršćanskom inicijacijom. Stoga je prikladno da obnova krsnih obećanja prethodi samom primanju sakramenta potvrde.

Potvrda se može, ako je zgodno, dijeliti za vrijeme mise; a za obred potvrde izvan mise neka se priredi uvodni obrazac.

Obred ispovijedi

72. Neka se prerade obredi i obrasci pokore da jasnije izražavaju narav i učinak sakramenta.

Narav bolesničkog pomazanja

73. »Posljednje pomazanje«, koje se još, i to bolje, može zvati »bolesničko pomazanje«, nije sakrament samo za one koji se nalaze

vitae discrimine versantur. Proinde tempus opportunum eam redpiendi iam certe habetur cum fidelis incipit esse in periculo mortis propter infirmitatem vel senium.

74. Praeter ritus seiunctos Unctionis infirmorum et Viatici, conficiatur Ordo continuus secundum quem Unctio aegroti conferatur post confessionem et ante receptionem Viatici.

75. Unctionum numerus pro opportunitate accommodetur, et orationes ad ritum Unctionis infirmorum pertinentes ita recognoscantur, ut respondeant variis condicionibus infirmorum, qui Sacramentum suscipiunt.

76. Ritus Ordinationum, sive quoad caeremonias sive quoad textus, recognoscantur. Allocutiones Episcopi, initio cuiusque Ordinationis aut Consecrationis, fieri possunt lingua vernacula.

In Consecratione Episcopali impositionem manuum fieri licet ab omnibus Episcopis praesentibus.

77. Ritus celebrandi Matrimonium, qui exstat in Rituali romano, recognoscatur et ditior fiat, quo clarius gratia Sacramenti significetur et munera coniugum inculcentur.

»Si quae provinciae... aliis laudabilibus consuetudinibus et caeremoniis« in celebrando Matrimonii Sacramento »utuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat«.*

Insuper competenti auctoritati ecclesiasticae territoriali, de qua in art. 22 § 2 huius Constitutionis, relinquatur facultas, ad normam art. 63, exarandi ritum proprium usibus locorum et populorum congruentem, firma tamen lege ut sacerdos assistens requirat excipiatque contrahentium consensum.

78. Matrimonium ex more intra Missam celebretur, post lectionem Evangelii et homiliam, ante »orationem fidelium«. Oratio super sponsam, ita opportune emendata ut aequalia officia iugae fidelitatis utriusque sponsi incipiat, dici potest lingua vernacula.

Si vero Sacramentum Matrimonii sine Missa celebratur, Epistola et Evangelium Missae pro sponsis legantur in initio ritus et benedictio sponsis semper impertiatur.

u skrajnoj životnoj pogibelji. Sigurno je već prikladno vrijeme za njegovo primanje netom se vjernik zbog bolesti ili starosti nalazi na početku smrtne pogibelji.

Redoslijed sakramenta za bolesnike

74. Uz odijeljene obrede bolesničkog pomazanja i popudbine neka se sastavi »povezan obred« prema kojemu će se bolesniku podijeliti pomazanje poslije ispovijedi, a prije primanja popudbine.

Obred bolesničkog pomazanja

15. Broj mazanja neka se upriliči okolnostima, a molitve kod obreda pomazanja bolesnika neka se tako izmijene da odgovaraju raznim stanjima bolesnika kad primaju taj sakrament.

Obred svećeničkog reda

76. Obredi ređenja neka se prerade s obzirom na ceremonije i tekstove. Biskupski nagovori na početku svakog ređenja ili posvećenja mogu biti na narodnom jeziku.

Kod biskupskog posvećenja smiju položiti ruke svi prisutni biskupi.

Obred vjenčanja

77. Obred sklapanja ženidbe, kakav se nalazi u Rimskom obredniku, neka se preradi i obogati da jasnije označi milost sakramenta i naglasi dužnosti bračnih drugova.

»Ako se u nekoj pokrajini upotrebljavaju drugi pohvalni običaji* i ceremonije kod sklapanja sakramenta ženidbe, Sveti Sabor vruće želi da se oni svakako zadrže.«⁴¹

Uz to se prema čl. 63 daje ovlast nadležnoj crkvenoj teritorijalnoj vlasti, o kojoj govori čl. 22 § 2 ove konstitucije, da sastavi vlastiti obred u skladu s krajevima ili narodnim običajima, ali uz uvjet da svećenik koji prisustvuje zatraži i primi pristanak onih koji sklapaju brak.

Vjenčanje redovito s misom

78. Vjenčanje neka se obično obavlja za vrijeme mise, poslije čitanja Evanđelja i homilije, a prije »molitve vjernika«. Molitva nad zaručnicom može se izreći narodnim jezikom, a neka se tako prikladno ispravi da istakne jednake dužnosti međusobne vjernosti obaju su pruga.

Ako se sakrament ženidbe slavi bez mise, neka se na početku obreda pročitaju poslanica i evanđelje iz mise za zaručnike i neka se zaručnicima uvijek podijeli blagoslov.

79. Sacramentalia recognoscantur, ratione habita normae primariae de conscia, actuosa et facili participatione fidelium, et attentis nostrorum temporum necessitatibus. In Ritualibus recognoscendis ad normam art. 63, etiam nova Sacramentalia, prout necessitas expostulat, addi possunt.

Benedictiones reservatae perpaucae sint, et in favorem tantum Episcoporum vel Grdinariorum.

Provideatur ut quaedam Sacramentalia, saltem in specialibus-re-rum adiunctis et de iudicio Ordinarii, a laicis congruis qualitatibus praeditis, administrari possint.

80. Ritus Consecrationis Virginum, qui in Pontificali romano habetur, recognitioni subiciatur.

Conficiatur praeterea ritus professionis religiosae et renovationis votorum, qui ad maiorem unitatem, sobrietatem et dignitatem conferat, ab iis qui professionem vel votorum renovationem intra Missam peragunt, salvo iure particulari, assumendus.

Professio religiosa laudabiliter intra Missam fiet.

81. Ritus exsequiarum pascbalem mortis christianae indolem manifestius exprimat, atque condicionibus et traditionibus singularum regionum, etiam quoad colorem liturgicum, melius respondeat.

82. Recognoscatur ritus sepeliendi parvulos, ac propria Missa donetur.

Caput IV

DE OFFICIO DIVINO

83. Summus Novi atque aeterni Testamenti Sacerdos, Christus Iesus, humanam naturam assumens, terrestri huic exilio hvmnum illum invexit, qui in supernis sedibus per omne aevum canitur. Universam hominum communitatem ipse sibi coagmentat, eandemque in divino hoc concinendo laudis c^rmine secum consociat.

— Illud enim sacerdotale munus per ipsam suam Ecclesiam pergit, quae non tantum Eucharistia celebranda, sed etiam aliis modis, praesertim Officio divino persolvendo, Dominum sine intermissione laudat et pro totius mundi salute interpellat.

84. Divinum Officium ex antiqua traditione christiana ita est constitutum ut totus cursus diei ac noctis per laudem Dei consecrerur.

Preuređenje blagoslovim

79. Blagoslovine neka se preispitaju imajući pred očima glavno pravilo o svjesnom, djelatnom i lakom sudjelovanju vjernika, kao i potrebe našeg vremena. U obnovljenim obrednicima prema čl. 63 mogu se, kada traži potreba, dodati i nove blagoslovine.

Neka bude malo pridržanih blagoslova, i neka budu pridržani samo biskupima i ordinarijima.

Neka se providi da neke blagoslovine mogu dijeliti i svjetovnjaci s potrebnim svojstvima, barem u posebnim prilikama i prema sudu ordinarija.

Obred redovničkog zavjetovanja

80. Neka se preradi obred posvećenja djevica što se nalazi u Rimskom pontifikalu.

... Uz to neka se sastavi obred redovničkog zavjetovanja i obnove zavjeta koji će pridonijeti većem jedinstvu, ozbiljnosti i dostojanstvu, a kojim će se služiti oni koji polažu ili obnavljaju zavjete za vrijeme mise; tim se ne dokidaju posebna prava.

Pohvalno je da se redovničko zavjetovanje vrši za vrijeme mise.

Obred sprovoda

81. Neka obred sprovoda jasnije izrazi vazmeni značaj kršćanske smrti i neka bolje odgovara prilikama i običajima pojedinih krajeva, pa i s obzirom na liturgijsku boju.

Obred pokopa djece

82. Neka se preispita obred pokopa djece i neka mu se dodijeli vlastita misa.

IV g l a v a BOŽANSKI

ČASOSLOV

Isus Krist moli sa svojom Crkvom

83. Isus Krist, Veliki svećenik novog i vječnog zavjeta, uzimajući ljudsku narav, uveo je u ovo zemaljsko progonstvo onu pjesmu koja se u nebeskom dvoru pjeva po sve vijeke. On sa sobom sjedinjuje svu ljudsku zajednicu i sebi je pridružuje u pjevanju tog božanskog slavospjeva.

Tu svoju svećeničku službu Krist vrši po svojoj Crkvi, koja ne samo euharistijskim slavljem nego i drugim načinima, osobito oba- " vijanjem božanskog časoslova, bez prestanka hvali Gospodina i posreduje za spasenje svega svijeta.

Časoslov posvećuje tok dana i noći

84. Od stare je kršćanske predaje božanski časoslov tako uređen da se slavljenjem Boga posveti čitav tok dana i noći. Kada tu divnu

Cum vero mirabile illud laudis canticum rite peragunt sacerdotes alii-que ad hanc. tem Ecclesiae instituto deputati vel christifideles una cum sacerdote forma probata orantes, tunc vere vox est ipsius Sponsae, quae Sponsum alloquitur, immo etiam oratio Christi cum ipsius Corpore ad Patrem,

85. Omnes proinde qui haec praestant, tum Ecclesiae officium explent, tum summum Sponsae Christi honorem participant, quia laudes Deo persolventes stant ante thronum Dei nomine Matris Ecclesiae.

86. Sacerdotes sacro pastoralis ministerio addicti eo maiore fervore Horarum laudes persolvent, quo vividius conscii erunt sibi observandum esse monitum Pauli: »Sine intermissione orate« (1 Thess. 5, 17); operi enim in quo laborant Dominus solus efficacitatem et incrementum dare potest, qui dicit: »Sine me nihil potestis facere« (Io. 15, 5); propterea Apostoli, diaconos instituentes, dixerunt: »Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus« (Act. 6, 4).

87. Ut autem divinum Officium, sive a sacerdotibus sive ab aliis Ecclesiae membris melius et perfectius in rerum adiunctis peragatur, Sacrosancto Concilio, instaurationem ab Apostolica Sede feliciter inceptam persequenti, de Officio iuxta ritum romanum ea quae sequuntur placuit decernere.

88. Cum sanctificatio diei sit finis Officii, cursus Horarum traditus ita instauretur ut Horis veritas temporis, quantum fieri potest, reddatur, simulque ratio habeatur vitae hodiernae condicionum in quibus versantur praesertim ii qui operibus apostolicis ineumbunt.

89. Itaque, in instauratione Officii, hae normae serventur:

a) Laudes, ut preces matutinae, et Vesperae, ut preces vespertinae, ex venerabili universae Ecclesiae traditione duplex cardo Officii cotidiani, Horae praecipuae habendae sunt et ita celebrandae;

b) Completorium ita instruatur, ut fini diei apte conveniat;

c) Hora quae Matutinum vocatur, quamvis in eorum indolem nocturnae laudis retineat, ita accommodetur ut qualibet diei hora recitari possit, et e psalmis paucioribus lectionibusque longioribus constet*

hvalbenu pjesmu pravilno obavljaju svećenici i ostali odlukom Crkve za to određeni, ili kad je na odobreni način mole vjernici zajedno sa svećenikom, tada je to zaista glas same Zaručnice koja razgovara sa Zaručnikom, štoviše, to je molitva koju Krist sa svojim Tijelom upravlja Ocu.

Svi mole časoslov u ime Crkve

85. Stoga svi oni koji to čine ujedno vrše i službu Crkve i dionici su najveće počasti Kristove Zaručnice, jer slaveći Boga stoje pred Božjim prijestoljem u ime Majke Crkve.

časoslov je posebno potreban dušobrižnicima

86. Svećenici određeni za svetu dušobrižničku službu to će većim žarom moliti časoslov što su svjesniji da se moraju ravnati prema opomeni sv. Pavla: »Bez prestanka molite« (1 Sol 5,17). Samo Bog može dati uspjeh i napredak djela u kojemu se oni trude, jer je rekao: »Bez mene ne možete ništa učiniti« (Iv 15,5). Stoga su apostoli kod postavljanja đakona kazali: »A mi ćemo se posvetiti molitvi i službi propovijedanja« (Dj 6,4).

Obzir na današnje prilike

87. Da bi svećenici i drugi članovi Crkve bolje i savršenije obavljali božanski časoslov prema prilikama današnjeg vremena, Sveti Sabor, nastavljajući od Apostolske Stolice sretno započetu obnovu, određuje o časoslovu rimskog obreda ovo što slijedi:

Preuređenje casoslova

88. Svrha casoslova jest posvećenje dana: zato neka se dosadašnje uređenje casoslova preuredi da pojedini časovi — koliko je moguće — odgovaraju svom pravom vremenu imajući u vidu i prilike su vremenog života u kojima žive u prvom redu oni što su pionuli apostolatu.

Glavni dijelovi casoslova

89. Stoga neka se u obnovi casoslova drže ove odredbe:

a) Prema časnoj predaji sveopće Crkve neka se pohvale, kao jutarnja molitva, i večernja, kao molitva predvečerja, smatraju dvostrukim stožerom svakidašnjeg casoslova, i neka se obavljaju kao glavni časovi.

b) Povečerje neka se tako uredi da zgodno odgovara svršetku dana.

c) Čas što se zove jutrenja neka u koru zadrži značaj noćne hvale, a inače neka se tako preudesi da se može obaviti u bilo koji sat dana te neka se sastoji od manje psalama i od dužih čitanja.

d) Hora Prima supprimatur;

e) In choro, Horae minores Tertia, Sexta, Nona serventur. Extra chorum e tribus unam seligere licet, diei tempori magis congruentem.

90. Cum praeterea Officium divinum, utpote oratio publica Ecclesiae, sit fons pietatis et orationis personalis nutrimentum, obsecrantur in Domino sacerdotes aliique omnes divinum Officium participant, ut in eo persolvendo mens concordet vob; ad quod melius assequendum, liturgicam et biblicam, praedpue psalmodum, institutionem sibi uberiolem comparent.

In instauratione vero peragenda, venerabilis ille romani Officii saecularis thesaurus ita aptetur, ut latius et facilius eo frui possint omnes quibus traditur.

91. Ut cursus Horarum, in art. 89 propositus, reapse observari possit, psalmi non amplius per unam hebdomadam, sed per longius temporis spatium distribuuntur.

Opus recognitionis Psalterii, feliciter inchoatum quamprimum perducatur ad finem, respectu habito latinitatis christianae, usus liturgicam etiam in cantu, necnon totius traditionis latinae Ecclesiae.

92. Ad lectiones quod attinet, haec serventur:

a) lectio sacrae Scripturae ita ordinetur, ut thesauri verbi divini in pleniore amplitudine expedite adiri possint;

b) lectiones de operibus Patrum, Doctorum et Scriptorum ecclesiasticorum depromendae melius seligantur;

c) Passiones seu vitae Sanctorum fidei historicae reddantur.

93. Hymni, quantum expedire videtur, ad pristinam formam restituantur, iis demptis vel mutatis quae mythologiam sapiunt aut christianae pietati minus congruunt. Redpianantur quoque, pro opportunitate, alii qui in hymnorum thesauro inveniuntur.

94. Praestat, sive ad diem revera sanctificandum, sive ad ipsas Horas cum fructu spirituali redtandas, ut in Horarum absolute tempus servetur, quod proxime accedat ad tempus verum uniuscuiusque Horae canonicae.

- d) Neka se ukine prvi čas.
- e) U koru neka se mole manji časovi; treći, šesti i deveti. Izvan je kora dopušteno od tih triju izabrati jedan koji više odgovara vremenu dana.

Kod moljenja se pamet ima slagati s glasom

90. Budući da je božanski časoslov, kao javna molitva Crkve, izvor pobožnosti i hrana za osobnu molitvu, zaklinjemo u Gospodinu svećenike i sve koji sudjeluju u božanskom časoslovu, neka im se u njegovu obavljanju duša slaže s glasom. Da bi to što bolje postigli, neka steknu obilatije liturgijsko i biblijsko znanje, osobito psalama.

U obnovi koja se ima izvršiti neka se tako prilagodi časno vjekovno bogatstvo rimskog časoslova da se obilnije i lakše mogu njime služiti svi kojima se daje u ruke.

Novi psalterij i njegova razdioba

91. Da bi se niz časova, koji je predložen u cl. 89, mogao pravo slijediti, neka se psalmi više ne rasporede kroz jednu sedmicu, nego kroz duži vremenski rok.

Neka se što prije završi sretno započeti posao oko preradbe psalteria, imajući pred očima kršćanski latinski jezik te liturgijsku porabu, pa i u pjevanju, a isto tako i čitavu predaju latinske Crkve.

Čitanje u časoslovu

92. Što se tiče čitanja, neka se ovako postupi:

- a) čitanje Svetog pisma neka se tako uredi da bogatstvo riječi Božje bude pristupačno u većem opsegu;
- b) neka se bolje odaberu čitanja iz djela otaca, učitelja i crkvenih pisaca.
- c) Muke i životi svetaca neka se usklade s povijesnom istinom.

Himni u časoslovu

93. Himni, koliko je to korisno, neka se uspostave u prvotnom obliku i neka se ukloni ili izmijeni ono što podsjeća na mitologiju ili nijeju skladu s kršćanskom pobožnosti. Neka se uzmu, ako »je prikladno, i drugi himni iz bogate riznice himana.

časoslov se moli u određene satove

94. Da bi se uistinu posvetio dan i da bi časovi molili s duhovnim plodom, korisno je u moljenju časova obdržavati ono vrijeme koje približno odgovara pravom vremenu svakog pojedinog kanonskog časa.

95. Communitates choro obligatae, praeter Missam coriventualem, tenentur Officium divinum cotidie in choro celebrare, et quidem:

a) totum Officium, Ordines Canonicorum, Monachorum et Monialium, aliorumque Regularium ex iure vel constitutionibus choro adstrictorum;

b) Capitula cathedralia vel collegialia, eas partes Officii, quae sibi a iure communi vel particulari imponuntur;

c) omnes autem illarum Communitatum sodales, qui sunt aut in Ordinibus maioribus constituti aut colemniter professi, conversis exceptis, debent eas Horas canonicas soli recitare, quas in choro non persolvunt.

96. Clerici choro non obligati, si sunt in Ordinibus maioribus constituti, cotidie, sive in communi, sive soli, obligatione tenentur totum Officium persolvendi, ad normam art. 89.

97. Opportunae commutationes divini Officii cum actione liturgica a rubricis definiantur.

In casibus singularibus iustaque de causa, Ordinarii possunt subditos suos ab obligatione Officium recitandi ex toto vel ex parte dispensare vel id commutare.

98. Sodales cuiusvis Instituti status perfectionis, qui, vi Constitutionum, partes aliquas divini Officii absolvunt, orationem publicam Ecclesiae agunt.

Item, publicam Ecclesiae orationem agunt, si quod parvum Officium, vi Constitutionum, recitant, dummodo in modum Officii divini confectum ac rite approbatum sit.

99. Cum Officium divinum sit vox Ecclesiae seu totius Corporis mystid Deum publice laudantis, suadet ut clerici choro haud obligati, ac praesertim sacerdotes conviventes vel in unum convenientes, aliquam saltem divini Officii partem in communi persolvant.

Omnes autem sive in choro sive in communi Officium persolventes munus sibi concreditum quam perfectissime, tam interna animi devotione quam externa agendi ratione, peragant.

Praestat insuper ut Officium in choro et in communi, pro opportunitate, cantetur.

Obaveza raznih molilaca

95. Zajednice obvezane na kor dužne su, uz konventualnu misu, svakog dana u koru moliti božanski časoslov, i to:

a) čitav časoslov — redovi kanonika, monaha i samostankinja, te ostalih redovnika koji su po pravu ili po konstitucijama dužni vršiti komu službu;

b) stolni i kolegijalni kaptoli one dijelove časoslova koje im naređuje opće ili posebno pravo;

c) svi članovi ovih zajednica ako su primili više redove ili položili svečane zavjete, osim braće pomoćnika, dužni su sami za se izmoliti one kanonske časove koje ne obave u koru.

Svećenici mogu časoslov izmoliti s pukom

96. Klerici koji nemaju obvezu kora, ako su primili više redove, dužni su svakog dana izmoliti čitav časoslov prema čl. 89. bilo u zajednici s drugima, bilo sami.

Zamjene za časoslov

97. Rubrike imaju odrediti kada neki liturgijski čin zgodno za mjenjuje božanski časoslov.

U pojedinim slučajevima i iz opravdana razloga ordinariji mogu svoje podložnike posve ili djelomice osloboditi dužnosti moljenja časoslova ili im ga zamijeniti.

Javna molitva Crkve

98. Članovi bilo koje ustanove staleža savršenstva, ako po svojim konstitucijama mole neke dijelove božanskog časoslova, obavljaju javnu molitvu Crkve.

Isto tako obavljaju javnu molitvu Crkve oni koji po konstitucijama mole neki »mali časoslov«, samo ako je sastavljen prema božanskom časoslovu i pravilno odobren.

Molitva časoslova u zajednici

99. Budući da je božanski časoslov glas Crkve ili cijelog otajstvenog tijela koje javno hvali Boga, savjetuje se da klerici koji nisu vezani na kor, a osobito svećenici koji žive ili se sastaju zajedno, zajednički obave barem jedan dio božanskog časoslova.

Svi koji mole časoslov u koru ili zajednički neka povjerenu im zadaću vrše što savršenije, i 'nutarnjom pobožnošću duha i vanjskim ponašanjem.

Dolikuje osim toga da se časoslov, ako je zgodno, u koru i u zajednici pjeva.

100. Curent animarum pastores ut Hérae praecipuae, praesertim Vesperae, diebus dominicis et festis sollemnioribus., in ecclesia communiter celebrentur. Commendatur ut et ipsi laici recitent Officium divinum, vel cum sacerdotibus, vel inter se congregati, quin immo unusquisque solus.

101. § 1) Iuxta saecularem traditionem ritus latini, in Officio divino lingua latina clericis servanda est, facta tamen Ordinario potestate usum versionis vernaculae ad normam art. 36 confectae concedendi, singulis pro casibus, iis clericis, quibus usus linguae latinae grave impedimentum est quominus Officium debite persolvant.

§ 2) Monialibus, necnon sodalibus, sive viris non clericis sive mulieribus, Institutorum statuum perfectionis, in Officio divino, etiam in choro celebrando, concedi potest a Superiore competente ut lingua vernacula utantur, dummodo versio approbata sit.

§ 3) Quivis clericus Officio divino adstrictus, si Officium divinum una cum coetu fidelium, vel cum iis qui sub § 2 recensentur, lingua vernacula celebrat, suae obligationi satisfacit, dummodo textus versionis sit approbatus.

Caput V DE ANNO

LITURGICO

102. Pia Mater Ecclesia suum esse ducit Sponsi sui divini opus saluferum, stans diebus per anni decursum, sacra recordatione celebrare. In unaquaque hebdomada, die quam Dominicam vocavit, memoriam habet Resurrectionis Domini, quam semel etiam in anno, solemnitate maxima Paschatis, una cum beata ipsius Passione, frequentat.

Totum vero Christi mysterium per anni circulum explicat, ab Incarnatione et Nativitate usque ad Ascensionem, ad diem Pentecostes et ad expectationem beatae spei et adventus Domini.

Mysteria Redemptionis ita recolens, divitias virtutum atque meritorum Domini sui, adeo ut omni tempore quodammodo praesentia reddantur, fidelibus aperit, qui ea attingant et gratia salutis replantur.

103. In hoc annuo mysteriorum Christi circulo celebrando, Sancta Ecclesia Beatam Mariam Del Genetricem cum peculiari amore vene-

Vjernicima se osobito preporučuje večernja

100. Neka pastiri duša nastoje da se nedjeljom i o svečanijim blagdanima u crkvi zajednički proslave glavni časovi, naročito večernja. Preporučuje se i svjetovnjacima da mole božanski časposlov, bilo sa svećenicima bilo međusobno okupljeni, dapače i svaki za se.

Jezik časoslova

101. § 1. Prema stoljetnoj predaji latinskog obreda, klerici neka u božanskom časoslovu zadrže latinski jezik, ali se daje ovlast ordinariju da u pojedinim slučajevima može klericima, kojima bi latinski jezik bio velika zapreka da časoslov mole kako valja, dozvoliti uporabu prijevoda na narodnom jeziku, izrađenog prema odredbi čl. 36.

§ 2. Samostankinjama, kao i članovima ustanova u staležima savršenstva koji nisu klerici, muškima i ženskima, smije njihov nadležni poglavar dozvoliti da se kod božanskog časoslova, pa i kad se vrši u koru, služe narodnim jezikom, samo ako je prijevod odobren.

§ 3. Bilo koji klerik s obvezom božanskog časoslova, ako ga moli na narodnom jeziku sa skupom vjernika ili s onima koji su spomenuti u § 2, udovoljava svojoj obavezi, samo ako je odobren tekst prijevoda.

V g l a v a

LITURGIJSKA GODINA

Prisutnost Kristovih otajstava

102. Bogu odana Majka Crkva smatra svojom zadaćom da u određene dane kroz godinu spasonosno djelo svoga božanskog Zaručnika slavi svetim spominjanjem. Svake sedmice, u dan što ga je nazvala Gospodnjim, ona slavi spomen Gospodnjeg uskrsnuća, koje uz to, zajedno s njegovom blaženom mukom, svetkuje i jednom u godini najvećim blagdanom Uskrsa.

Tijekom pak godine Crkva razvija čitavo Kristovo otajstvo od utjelovljenja i rođenja do uzasašća, do duhovskog dana i očekivanja blažene nade i dolaska Gospodnjeg.

Slaveći tako otajstva otkupljenja, otvara vjernicima bogatstvo kreposti i zasluga svojega Gospodina, da se tako ta otajstva na neki način u svako doba ponazočuju, kako bi vjernici mogli doći s njima u dodir i napuniti se milošću spasenja.

štovanje blažene Bogorodice

103. U svetkovanju tog godišnjeg ciklusa Kristovih otajstava, Crkva posebnom ljubavlju štuje Mariju, presvetu majku Božju, ne-

ratur, quae indissolubili nexu cum Filii sui opere salutari coniugitur; in qua praecellentem Redemptionis fructum miratur et exaltat, ac veluti in purissima imagine, id quod ipsa tota esse cupit et sperat cum gaudio contemplatur.

104. Memorias insuper Martvrum aliorumque Sanctorum, qui per multiformem Dei gratiam ad perfectionem proveci, atque aeternam iam adepti salutem, Deo in caelis laudem perfectam decantant ac pro nobis intercedunt, circulo anni inseruit Ecclesia. In Sanctorum enim nataliciis praedicat paschale mvsterium in Sanctis cum Christo compassis et conglorificatis, et fidelibus exempla eorum proponit, omnes per Cbristum ad Patrem trahentia, eorumque meritis Dei beneficia impetrat.

105. Variis denique anni temporibus iuxta traditas disciplinas, Ecclesia fidelium eruditionem perficit, per pias animi et corporis exercitationes, instructionem, precationem, paenitentiae et misericordiae opera. Quapropter placuit Sacrosacto Concilio ea quae sequuntur decernere.

106. Mvsterium paschale Ecclesia, ex traditione apostolica, quae priginem ducit ab ipsa die Resurrectionis Christi, octava quaque die celebrat, quae dies Domini seu dies dominica merito nuncupatur. Hac enim die christifideles in unum convenire debent ut, verbum Dei audientes et Eucharistiam participantes, memores sint Passionis, Resurrectionis et gloriae Domini Iesu, et gratias agant Deo qui eos »regeneravit in spem vivam per Resurrectionem Iesu Christi ex mortuis« (1 Pt. 1, 3). Itaque dies dominica est primordialis dies festus, qui pietati fidelium proponatur et inculcetur, ita ut etiam fiat dies laetitiae et vacationis ab opere. Aliae celebrationes, nisi revera sint maximi momenti, ipsi ne praeponantur, quippe quae sit fundamentum et nucleus totius anni liturgici.

Laicis indoles saecularis propria et peculiaris est. Membra enim ordinis sacri, quamquam aliquando in saecularibus versari possunt, etiam saecularem professionem exercendo, ratione suae particularis vocationis praecipue et ex professo ad sacrum ministerium ordinantur, dum religiosi suo statu praeclarum et eximium testimonium reddunt, mundum transfigurari Deoque offerri non posse sine ŝpiritu beatitudinum. Laicorum est, ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere. In saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum existientia quasi contextitur. Ibi a Deb vocantur, ut suum proprium munus exercendo, ŝpiritu evangelico, dueti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent. Ad illos ergo peculiari modo speetat res temporales omnes, quibus arete coniunguntur, ita" illuminare et ordinare, ut secundum Christum iugiter fiant et crescant et sint in laudem Creato-ris et Redemptoris.

32. Ecclesia sacnta, ex divina institutione, mira varietate ordinatur et regitur. »Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra« (Rom. 12,4-5).

i svećenstvu, ipak neke stvari posebno spadaju na laike, muškarce i žene, prema njihovu položaju i misiji. Temelje tih stvari treba bolje promotriti s obzirom na posebne prilike našega vremena. Jer sveti pastiri dobro znaju koliko laici doprinose dobru cijele Crkve. Pastiri znaju da nisu od Krista ustanovljeni da sami preuzmu svu spasonosnu misiju Crkve prema svijetu, nego da je njihova uzvišena služba tako pasti vjernike i tako nadzirati njihove službe" i karizme da svi jedno-dušno sudjeluju na svoj način za opće dobro. Jer treba da svi, »držeći se istine u ljubavi, rastemo na svaki način u njemu, koji je glava, Krist; od njega je cijelo tijelo dobro složeno i čvrsto vezano svakom vezom da jedan drugomu pomaže silom koja je odmjerena svakom pojedinom dijelu, te čini da tijelo raste i da se usavršuje u ljubavi« (Ef 4, 15-16).

Narav i poslanje laika

31. Pod imenom laika ovdje se razumiju svi vjernici osim članova svetoga reda i redovničkog staleža odobrenog od Crkve, to jest vjernici koji, pošto su krštenjem združeni u jedno tijelo s Kristom, učinjeni Božjim Narodom i na svoj način postali dionici Kristove svećeničke, proročke i kraljevske službe, vrše, koliko na njih spada, u Crkvi i u svijetu misiju čitavoga kršćanskog naroda.

Laicima je svjetovna narav vlastita i posebna. Jer članovi svetoga reda premda se katkad mogu baviti svjetovnim stvarima, čak i vršeći koje svjetovno zvanje, ipak su po svom posebnom pozivu osobito i prvotno određeni za svetu službu, dok redovnici svojim staležom pružaju sjajno i posebno svjedočanstvo da se svijet ne može preobraziti i Bogu prikazati bez duha blaženstava. Na laike spada po njihovu pozivu da traže kraljevstvo Božje baveći se vremenitim stvarima i uređujući ih po Bogu. Žive u svijetu, to jest u svim i pojedinim dužnostima i poslovima svijeta i u redovitim prilikama obiteljskog i društvenog života, kojima je kao protkan njihov život. Tu su oni od Boga pozvani, da pridolesu; kao iznutra poput kvasca, posvećenju svijeta vršeći vlastitu dužnost, vođeni evanđeoskim, duhom, i tako drugima otkriju Krista u prvom redu svijetleći svjedočanstvom svoga života, vjerom, nadom i ljubavlju. Na njih dakle posebnim načinom spada da sve vremenite stvari, s kojima su tijesno vezani, tako rasvijetle i urede da se uvijek vrše po Kristu i da rastu i budu na slavu Stvoritelja, i Otkupitelja.

Dostojanstvo laika u Božjem narodu

32. Sveta se Crkva po božanskoj ustanovi uređuje i upravlja divnom raznolikošću. »Jer kao što u jednom tijelu imamo mnogo udova, a svi udovi nemaju iste službe, tako smo mnogi jedno tijelo u Kristu, a pojedinci udovi jedan drugomu« (Rim 12, 4-5).

Unus est ergo Populus Dei electus: »unus Dominus, una fides, unum baptisma« (Eph. 4, 5); communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas. Nulla igitur in Christo et in Ecclesia inaequalitas, spectata stirpe vel natione, condicione sociali vel sexu, quia »non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos *unus* estis in Christo Iesu« (Gal. 3, 28 gr., cf. Col. 3, 11).

Si igitur in Ecclesia non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur et coaequalem sortiti sunt fidem in iustitia Dei (cf. 2 Pt. 1, 1). Etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi. Distinctio enim quam Dominus posuit inter sacros ministros et reliquum Populum Dei, secumfert coniunctionem, cum Pastores et alii fideles inter se communi necessitudine devinciantur; Ecclesiae Pastores, exemplum Domini secuti, sibi invicem aliisque fidelibus ministrant, hi autem alacriter Pastoribus et doctoribus sociam operam praestent. Sic in varietate omnes testimonium perhibent de mirabili unitate in Corpore Christi: ipsa enim diversitas gratiarum, ministratorum et operationum filios Dei in unum colligit, quia »haec... omnia operatur unus atque idem Spiritus« (1 Cor. 12, 11).

Laici igitur sicut ex divina dignatione fratrem habent Christum, qui cum sit Dominus omnium, venit tamen non ministrari sed ministrare. (cf. Mt. 20, 28), ita etiam fratres habent eos, qui in sacro ministerio positi, auctoritate Christi docendo et sanctificando et regendo familiam Dei ita pascunt, ut mandatum novum caritatis ab omnibus impleatur. Quocirca pulcherrime dicit S. Augustinus: »Ubi me terret quod vobis sum, ibi me consolatur quod vobiscum sum. Vobis enim sum episcopus, vobiscum sum christianus. Illud est nomen officii, hoc gratiae; illud periculi est, hoc salutis«.*

33. Laici in Populo Dei congregati et in uno Corpore Christi sub uno capite constituti, quicumque sunt, vocantur, ut tamquam viva membra ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem vires suas omnes, beneficio Creatoris et gratia Redemptoris acceptas, conferant.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae, ad quem apostolatus omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur. Sacramentis autem, praesertim sacra Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas erga Deum et homines, quae anima est totius apostolatus. Laici autem speciatim ad hoc vocantur, ut praesentem et actuosam reddant Ecclesiam in eis locis et rerum adiunctis, ubi ipsa non nisi per eos sal

Jedan je dakle izabrani Božji Narod: »jedan Gospodin, jedna vjera, jedno krštenje« (Ef 4, 5); zajedničko je dostojanstvo udova po njihovu preporodu u Kristu, zajednička je milost djece, zajednički poziv na savršenost, jedno spasenje, jedna nada i nerazdijeljena ljubav. Nema dakle nikakve nejednakosti u Kristu i u Crkvi s obzirom na podrijetlo i narodnost, na društveni položaj ili spol, jer tu »nema više ni Zidova ni Grka, ni roba ni slobodnjaka, nema ni muškog ni ženskog, jer ste vi svi 'jedan' u Kristu Isusu« (Gal 3, 28 gr.; usp. Kol 3, 11).

Iako dakle u Crkvi svi ne idu istim putem, ipak su svi pozvani na svetost i primili su jednaku vjeru po pravdi Božjoj (usp. 2 Petr 1, 1). Premda se neki po Kristovoj volji postavljaju kao učitelji i djelatnici tajna i pastiri za druge, ipak postoji među svima prava jednakost s obzirom na dostojanstvo i na djelovanje zajedničko svim vjernicima u izgradnji Kristova Tijela. Jer razlika koju je Gospodin postavio između svetih službenika i ostaloga Božjeg Naroda uključuje neku vezu, jer su pastiri i drugi vjernici među sobom vezani zajedničkim nužnim odnošajem; neka pastiri Crkve, slijedeći Gospodinov primjer, služe jedan drugomu i drugim vjernicima, a ovi neka živo surađuju s pastirima i učiteljima. Tako u raznolikosti svi daju svjedočanstvo o divnom jedinstvu u Kristovu Tijelu: jer sama raznolikost milosti, službi i djelovanja" skuplja Božje sinove u jedno tijelo, jer »sve ovo čini jedan i isti Duh« (1 Kor 12, 11).

Laici, dakle, kao što po božanskoj dobroti imaju za brata Krista, koji je Gospodin svih, a ipak je došao ne da bude služen, nego da služi (usp. Mt 20, 28), tako imaju za braću one koji, postavljeni za svetu službu, po Kristovu ovlaštenju učeći i posvećujući i upravljajući tako pasu Božju obitelj da svi ispune novu zapovijed ljubavi. Zato veoma lijepo kaže sv. Augustin: »Dok me straši ono što sam vama, ipak me tješi ono što sam s vama. Jer sam vama biskup, a s vama sam kršćanin. Ono je ime službe, ovo je ime milosti; ono je ime pogibli, a ovo spasenja.«¹;

Apostolat laika

33. Laici sakupljeni u Božjem Narodu i postavljeni pod jednu glavu u jednom Kristovu Tijelu, bili oni koji mu drago, pozvani su da kao živi udovi sve svoje sile, što su ih primili od dobrote Stvoritelja i od milosti Otkupitelja, upotrijebe za porast Crkve i njezrao trajno napredovanje" u svetosti.

Apostolat je laika sudjelovanje u samoj spasiteljskoj misiji Crkve, i za taj su apostolat svi određeni od samoga Gospodina po krštenju i potvrđi. Po sakramentima se pak, a osobito po Euharistiji, daje i hrani ona ljubav prema Bogu i ljudima koja je duša svega apostolata. Laici su posebno za to pozvani da Crkvu učine prisutnom i djelatnom u onim mjestima i prilikama gdje ona samo po njima može

terrae evadere potest.² Sic omnis laicus, ex ipsis donis sibi collatis, testis sibi et vivum instrumentum missionis ipsius Ecclesiae existit »secundum mensuram donationis Christi« (Eph. 4, 7).

Praeter hunc apostolatum, qui ad omnes omnino christifideles spectat, laici insuper diversis modis ad cooperationem magis immediatam cum apostolatu hierarchiae vocari possunt, ad modum illorum virorum ac mulierum cui Paulum apostolum in Evangelio adiuvant, multum in Domino laborantes (cf. Phil. 4, 3; Rom. 16, 3 ss.)~ Praeterea aptitudine gaudent, ut ad quaedam munera ecclesiastica, ad finem spiritualem exercenda, ab Hierarchia adsumantur.

Onnibus igitur laicis onus praeclarum incumbit ad laborandum, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque pertingat. Via proinde eisdem undequaque pateat, ut pro suis viribus temporumque necessitatibus opus salutis Ecclesiae naviter et ipsi participant.

34. Supremus et aeternus Sacerdos Christus Iesus, cum etiam per laicos suum testimonium suumque servitium continuare velit, eos suo Spiritu vivificat indesinenterque impellit ad omne opus bonum et perfectum.

Illis enim, quos vitae et missioni suae intime coniungit, etiam sui muneris sacerdotalis partem tribuit ad cultum spiritualem exercendum, ut glorificetur Deus et salventur homines. Qua de causa laici, utpote Christo dicati et Spiritu Sancto uncti, mirabiliter vocantur et instruuntur, ut uberiores semper fructus Spiritus in ipsis producantur. Omnia enim eorum opera, preces et incepta apostolica, conversatio coniugalis et familiaris, labor quotidianus, animi corporisque relaxatio, si in Spiritu peragantur, imo molestiae vitae si patienter sustineantur, fiunt spirituales hostiae, acceptabiles Deo per Iesum Christum (cf. 1 Pt. 2, 5), quae in Eucharistiae celebratione, cum dominici sacrificii oblatione, Patri piissime offeruntur. Sic et laici, qui adoratpres ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant.

3.5. Christus, Propheta magnus, qui et testimonio vitae et verbi virtute Regnum proclamavit Patris, usque ad plenam manifestationem gloriae suum munus propheticum adimplet, non solum per Hierarchiam, quae nomine et potestate Eius docet, sed etiam per laicos, quos ideo et testes constituit et sensu fidei et gratia verbi instruit (cf. Act. 2, 17-18; Apoc. 19, 10), ut virtus Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali eluceat. Ipsi se praebent ut filios re-promissionis, si fortes in fide et spe praesens momentum redimunt (cf. Eph. 5, 16; Col. 4, 5) et futuram gloriam per patientiam expectant (cf. Rom. 8, 25). Hanc autem spem non in animi interioritate abscondunt, sed conversione continua et colluctatione »adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae« (Eph. 6, 12) etiam per vitae saecularis strueturas expriment.

postati sol zemlje.² Tako je svaki laik zbog samih darova koje je primio ujedno svjedok i živo oruđe misije same Crkve »prema mjeri u kojoj mu je Krist dao svoj dar« (Ef 4, 7).

Osim ovoga apostolata, koji spada potpuno ha sve vjernike, laici mogu još na različite načine biti pozvani na neposredni je sudjelovanje s apostolatom hijerarhije,³ »poput onih muževa i žena koji su apostola Pavla pomagali u Evanđelju, radeći mnogo u Gospodinu (usp. Fil 4, 3; Rim 16, 3 ss). Osim toga imaju sposobnost da od hijerarhije budu uzeti da vrše za duhovnu svrhu neke crkvene službe.

Na sve laike dakle pada slavno breme da rade kako bi božanska odluka spasenja sve više i više došla do svih ljudi svih vremena i u sve zemlje. Neka im zato bude otvoren bilo koji put, da prema svojim silama i potrebama vremena i oni aktivno sudjeluju na spasiteljskom djelu Crkve.

Svećenička služba laika

34. Budući da je vrhovni i vječni Svećenik Isus Krist htio i po laicima nastaviti svoje svjedočanstvo i svoju službu, oživljuje ih svojim Duhom i neprestano potiče na svako dobro i savršeno djelo.

Onima naime koje tijesno spaja sa svojim životom i svojom misijom daje također dio svoje svećeničke službe da vrše duhovno bogoslužje, da se slavi Bog i da se ljudi spašavaju. Zato su laici, budući da su posvećeni Kristu i pomazani od Duha Svetoga, divno pozvani i poučeni, da se u njima proizvedu sve obilniji plodovi Duha. Jer sva njihova djela, molitve i apostolski pothvati, bračni i obiteljski život, svagdanji rad, odmor duha i tijela, ako se vrše u Duhu, dapače i tegobe života, ako se strpljivo podnose, postaju duhovne žrtve ugodne Bogu po Isusu Kristu (usp. 1 Petr 2, 5), koje se u služenju Euharistije pobožno prinose Ocu s prinosom Gospodinova Tijela-Tako i laici, sveto radeći posvuda kao klanjaoci, 'posvećuju Bogu sam svijet.

Proročka služba laika

35. Krist, veliki prorok, koji je svjedočanstvom života i snagom riječi proglasio Očevo Kraljevstvo, ispunja svoju proročku službu sve do punog očitovanja svoje slave, ne samo po hijerarhiji, koja uči u njegovo ime i po njegovoj vlasti, nego i po laicima, koje zato čini svojim svjedocima i poučava ih osjećajem vjere i milošću riječi (usp. Dj ap. 2, 17-18; Otkr 19, 10), da sila Evanđelja svijetli u svagdanjem, obiteljskom i društvenom životu. Oni se pokazuju kao sinovi obećanja, ako jaki u vjeri i nadi iskorišćuju sadašnje vrijeme (usp. Ef 5, 16; Kol 4, 5) i strpljivo čekaju buduću slavu (usp. Rim 8, 25). A tu nadu neka ne skrivaju ti nutarnjosti duha, nego neka je izražavaju i kroz oblike svjetovnog života neprekidno se obraćajući i boreći se »protiv vladara ovoga tamnoga svijeta, protiv duhovnih sila zloće« (Ef-6,-12).. /■ ,:■■■ '— ...;■ -;

Sicut sacramenta Novae Legis, quibus vita et apostolatus fidelium ali tur, coelum novum et terram novam (cf. Apoc. 21, 1) praefigurant, ita laici evadunt validi praecones fidei sperandarum rerum (cf. Hebr. 11, 1), si cum vita ex fide professionem fidei inhaesitanter coniungunt. Haec evangelizatio, nuntium Christi scilicet et testimonio vitae et verbo prolatum, notam quamdam specificam et peculiarem efficacitatem acquirit ex hoc, quod in communibus condicionibus saeculi completur. ■

Quo in munere magni pretii apparet ille status vitae, qui speciali sacramento sanctificatur, scilicet vita matrimonialis et familiaris. Ibi exercitium et schola praeclara apostolatus laicorum habetur, ubi religio christiana totam vitae institutionem pervadit et in dies magis transformat. Ibi coniuges propriam habent vocationem, ut sibi invicem et filiis sint testes fidei et amoris Christi. Familia christiana tum praesentes virtutes Regni Dei tum spem vitae beatæ alta voce proclamant. Ita exemplo et testimonio suo arguit mundum de peccato et eos qui veritatem quaerunt illuminat.

Proinde laici, etiam quando curiŝ temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere possunt et debent. Quodsi quidam eorum, deficientibus sacris ministris, vel iisdem in regimine persecutionis impeditis, quaedam officia sacra pro facultate suppleant; et si plures quidem ex eis totas vires suas in opere apostolico impendant: universos tamen oportet a<i dilatationem et incrementum Regni Christi in mundo cooperari. Quapropter laici sollerter in profundiorum cognitionem veritatis revelatae incumbant, et instanter a Deo sapientiae donum impetrent.

36. Christus, factus oboediens usque ad mortem et propter hoc a Patre exaltatus (cf. Phil. 2, 8-9), in gloriam regni sui intravit. Cui omnia subiiciuntur, donec Ipse se cunctaque creata Patri subiiciat, ut sit Deus omnia in omnibus (cf. 1 Cor. 15, 27-28). Quam potestatem discipulis communicavit, ut et illi in regali libertate constituentur et sui abnegatione vitae sanctae regnum peccati in seipsis devincant (cf. Rom. 6, 12), immo ut Christo etiam in aliis servientes, fratres suos ad Regem, cui servire regnare est, humilitate et patientia perducant. Dominus enim regnum suum etiam per laicos fideles dilatare cupit, regnum scilicet »veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis«⁴ in quo regno ipsa creatura liberabitur a "servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei (cf. Rom. 8, 21). Magna sane promissio, magnumque mandatum discipulis datur: »Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei« (1 Cor. 3, 23).

Fideles igitur totius creaturae intimam naturam, valorem et ordinationem in laudem Dei agnoscere, et per opera etiam saecularia se

Kao što sakramenti Novoga Zakona, kojima se hrani život i apostolat vjernika, naznačuju novo nebo i novu zemlju (usp. Otkr 21, 1), tako i laici postaju moćni glasnici vjere u stvarima kojima se nadamo (usp; Hebr 11, 1), ako sa životom po vjeri nepokolebljivo spajaju ispovijedanje vjere. Ovo propovijedanje Evandjelja, to jest navješćivanje Krista i svjedočanstvom života i riječju, dobiva neku specifičnu i osobitu uspješnost po tome što se izvršuje u običnim prilikama svijeta.

U toj službi ukazuje se veoma vrijedno ono životno stanje koje se posvećuje posebnim sakramentom, a to je bračni i obiteljski život. Tu je vježbalište i odlična škola apostolata laika, gdje kršćanska vjera prozirnije sav način života i svaki dan ga sve više preobražava. Tu bračni drugovi imaju svoje zvanje, da budu jedan drugomu i djeci svjedoci vjere i Kristove ljubavi. Kršćanska obitelj glasno proglašuje i sadašnje kreposti Kraljevstva Božjega i nadu u blaženi život. Tako svojim primjerom i svjedočanstvom optužuje svijet zbog grijeha i rasvjetljuje one koji traže istinu.

Zato laici, i kad su zabavljeni vremenitim brigama, mogu i moraju vršiti dragocjeno djelovanje za naviještanje Evandjelja svijetu. Ako neki od njih u pomanjkanju svetih službenika, ili ako su ovi zapriječeni u krajevima progona, nadopunjuju neke službe prema svojoj mogućnosti, i ako mnogi od njih ulažu sve svoje sile u apostolski rad, ipak treba da svi surađuju za raširenje i porast Kristova Kraljevstva u svijetu. Zato neka laici marljivo nastoje da steknu dublju spoznaju objavljene istine i neka ustrajno mole od Boga dar mudrosti.

Kraljevska služba laika

36. Krist, koji je postao poslušan sve do smrti i radi toga bio od Oca uzvišen (usp. Fil 2, 8-9), ušao je u slavu svoga kraljevstva. Njemu su podložne sve stvari, dok On podloži Ocu sebe samoga i sve stvorove, da Bog bude sve u svemu (usp. 1 Kor 15, 27-28). Tu je vlast On dao i učenicima, da i oni budu postavljeni u kraljevsku slobodu, i samozatajom i svetim životom pobijede u sebi kraljevstvo grijeha (usp. Rim 6, 12), dapače da, služeći Kristu i u drugima, poniznošću i strpljivošću dovedu svoju braću Kralju, kojemu služiti znači kraljevati. Gospodin želi da svoje Kraljevstvo širi i po laicima, to jest kraljevstvo istine i života, kraljevstvo svetosti i milosti, kraljevstvo pravde, ljubavi i mira.⁴ U tom će kraljevstvu i sami stvorovi biti oslobođeni ropstva raspadljivosti, da učestvuju u slavnoj slobodi Božje djece (usp. Rim 8, 21). Veliko je doista obećanje i velika zapovijed dana učenicima: »Sve je vaše, a vi ste Kristovi, a Krist je Božji« (1 Kor 3, 23).

Vjernici dakle moraju spoznati nutarnju narav, vrijednost i uređenje svega stvorenja na slavu Božju i jedni druge pomagati i svje-

invicem ad sanctiorem vitam adiuvere debent, ita ut mundus spiritu Christi imbuatur atque in iustitia, caritate et pace finem suum efficacius attingat. In quo officio universaliter adimplendo laici praecipuum locum obtinent. Sua igitur in profanis disciplinis competentia suaeque activitate, gratia a se intrinsece elevata, valide conferant operam, ut bona creata secundum Creatoris ordinationem eiusque Verbi illuminationem humano labore, arte technica, civilique cultura ad utilitatem omnium prorsus hominum excolantur, aptiusque inter illos distribuantur, et suo modo ad universalem progressum in humana et christiana libertate conducant. Ita Christus per Ecclesiae membra totam societatem humanam suo salutari lumine magis magisque illuminabit.

Laici praeterea, collatis quoque viribus, instituta et condiciones mundi, si qua mores ad peccatum incitant, ita sanent, ut haec omnia ad iustitiae normas conformentur et virtutum exercitio potius faveant quam obsint. Ita agendo culturam operaque humana valore morali imbuent. Hoc modo simul ager mundi melius pro semine verbi divini paratur, et Ecclesiae latius patent portae, quibus praeconium pacis in mundum introeat.

Propter ipsam oeconomiam salutis, fideles discant sedulo distinguere inter iura et officia quae eis incumbunt, quatenus Ecclesiae aggregantur, et ea quae eis competunt, ut sunt humanae societatis membra. Utraque inter se harmonice consociare satagent, memores se, in quavis re temporali, christiana conscientia duci debere, cum nulla humana activitas, ne in rebus temporalibus quidera. Dei imperio subtrahi possit. Nostro autem tempore maxime oportet ut distinctio haec simul et harmonia quam clarissime in modo agendi fidelium elucescant, ut missio Ecclesiae particularibus mundi hodierni conditionibus plenius respondere valeat. Sicut enim agnoscendum est terrenam civitatem, saecularibus curis iure addictam propriis principiis, ita infausta doctrina, quae societatem, nulla habita religionis ratione, exstruere contendit et libertatem religiosam civium impugnat et eruit, merito reiiditur.*

37. Laici, sicut omnes christifideles, ius habent ex spiritalibus Ecclesiae bonis, verbi gratia praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus abundanter accipiendi,⁸ hisque necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, quae filios Dei et fratres in Christo decet, patefaciant. Pro scientia, - competentia et praestantia quibus pollent, facultatem, immo aliquando et officium habent suam sententiam de iis quae bonum Ecclesiae respiciunt declarandi. Hoc fiat, si casus ferat, per instituta ad hoc ab Ecclesia stabilita, et semper in veracitate, fortitudine et prudentia, cum reverentia et caritate erga illos, qui ratione sacri sui muneris personam Christi gerunt. Laici, sicut omnes

tovnim djelima na svetiji život, tako da se svijet prožme Kristovim duhom i da u pravednosti, ljubavi i miru uspješnije postigne svoju svrhu. Izvršujući općenito tu dužnost laici zauzimaju posebno mjesto. Svojom kompetentnošću u profanim strukama i svojom aktivnošću, iznutra uzdignutom Kristovom milošću, neka snažno rade da po određenju Stvoriteljevu i rasvjetljenju njegove Riječi, ljudskim radom, tehnikom i kulturom poljepšavaju stvorena dobra na korist svih ljudi uopće, da se prikladnije među njih razdijele i da na svoj način dovedu do općeg napretka u ljudskoj i kršćanskoj slobodi. Tako će Krist po članovima Crkve svojim spasonosnim svjetlom sve više i više rasvjetljivati cijelo ljudsko društvo.

Osim toga neka laici i ujedinjenim silama ustanove i prilike u svijetu, ako gdje na grijeh potiču, tako ozdravljaju da sve budu dovedene u sklad s pravilima: pravde i da ne smetaju, nego pogoduju vršenju kreposti. Tako radeći prožet će moralnom vrijednošću kulturu i ljudska djela. Na taj se način polje svijeta bolje pripravlja za sjeme božanske riječi i ujedno se šire otvaraju vrata Crkve da kroz njih vijest mira uđe u svijet.

Zbog same ekonomije spasenja neka vjernici nauče pomno razlikovati prava i dužnosti što na njih spadaju ukoliko su članovi Crkve od onih što im pripadaju ukoliko su članovi ljudskog društva. Neka nastoje da oboje dovedu u sklad, imajući na pameti da se u svakoj vremenitoj stvari moraju voditi kršćanskom savješću, jer se nikakva ljudska djelatnost ni u naravnim stvarima ne može otetiti Božjoj zapovijedi. U naše je vrijeme veoma potrebno da ta razlika i to slaganje na najjasniji način odsijevaju u načinu rada vjernika, da misija Crkve može potpunije odgovarati posebnim prilikama sadašnjega svijeta. Kao što se mora priznati da se zemaljska država, s pravom predana svjetovnim brigama, upravlja vlastitim načelima, tako se s pravom odbacuje zlokobna nauka koja hoće da društvo izgradi bez ikakva obzira na vjeru te napada i guši vjersku slobodu građana.⁵

Laici i hijerarhija

37. Laici, kao i svi vjernici, imaju pravo da obilno primaju od svetih pastira duhovna dobra Crkve, osobito pomoć riječi Božje i sakramenata;⁹ neka dakle njima otkrivaju svoje potrebe i svoje želje s onom slobodom i pouzdanjem koje pristoji djeci Božjoj i braći u Kristu. Prema svom znanju, kompetentnosti i ugledu imaju slobodu, a katkada i dužnost da reknu svoje mišljenje o stvarima koje se odnose na korist Crkve.⁷ Neka se to čini, ako treba, preko ustanova koje je Crkva za to ustanovila, i uvijek istinoljubivo, hrabro i razborito, s poštovanjem i ljubavlju prema onima koji radi svoje svete službe predstavljaju Krista.

christifideles, illa quae sacri Pastores, utpote Christum repraesentantes, tamquam magistri et rectores in Ecclesia statuunt, christiana oboedientia prompte aplectantur, Christi exemplum secuti, qui, sua oboedientia usque ad mortem, beatam libertatis filiorum Dei viam omnibus hominibus aperuit. Neque omittant precibus suis Praepositos, suos Deo commendare, quippe qui pervigilant quasi rationem pro animabus nostris reddituri, ut cura gaudio hoc faciant et non gementes (cf. Hebr. 13, 17).

Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant; libenter eorum prudenti consilio utantur, cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant et eis agendi libertatem et spatium relinquunt, immo animuni eis addant, ut etiam sua sponte opera aggrediantur. Paterno cum amore coepta, vota et desideria a laicis proposita attente in Christo considerent.⁸ Iustam autem libertatem; quae omnibus in civitate terrestri competit, Pastores observanter agnoscent.

Ex hoc familiari commercio inter Laicos et Pastores permulta bona Ecclesiae exspectanda sunt: ita enim in laicis roboratur propriae responsabilitatis sensus, fovetur alacritas, et facilius laicorum vires Pastorum operi associantur. Hi vero, laicorum experientia adiuti, tam in rebus spiritualibus quam in temporalibus, distinctius et aptius iudicare valent, ita ut tota Ecclesia, ab omnibus membris suis roborata, suam pro mundi vita missionem efficacius compleat.

38. Unusquisque laicus debet esse coram saeculo testis resurrectionis et vitae Domini Iesu atque signum Dei vivi. Omnes insimul et unusquisque pro sua parte mundum fructibus spiritualibus alere debent (cf. Gal. 5, 22), in eumque spiritum diffundere, quo animantur illi pauperes, mites et pacifici, quos Dominus in Evangelio beatos proclamavit (cf. Mt. 5, 3-9). Uno verbo, »quod anima est in corpore, hoc sint in mundo christiani.«⁹

Caput V

DE UNIVERSALI VOCATIONE AD SANCTITATEM IN ECCLESIA

39. Ecclesia, cuius mysterium a Sacra Synodo proponitur, indefectibiliter sancta creditur. Christus enim, Dei Filius, qui cum Patre et Spiritu »solus Sanctus« celebratur,¹ Ecclesiam tamquam sponsam suam dilexit, seipsum tradens pro ea, ut illam sanctificaret (cf. Eph. 5, 25-26), eamque sibi ut corpus suum coniunxit atque Spiritus

Laici, kao i svi vjernici, neka s kršćanskom poslušnošću spremno prihvaćaju ono što sveti pastiri kao Kristovi predstavnici određuju kao učitelji i upravitelji u Crkvi, slijedeći primjer Krista, koji je svojom poslušnošću sve do smrti svim ljudima otvorio blaženi put slobode djece Božje. Neka ne propuštaju u svojim molitvama Bogu preporučivati svoje poglavare, da oni, budući da moraju s odgovornošću bdjeti nad našim dušama, to čine s radošću, a ne uzdišući (usp. Hebr 13, 17).

Sveti pastiri sa svoje strane neka priznaju i podupiru dostojanstvo i odgovornost laika u Crkvi; neka se rado služe njihovim razboritim savjetom, neka im s povjerenjem predaju dužnosti u službi Crkve i neka im ostavljaju slobodu i polje rada, dapače neka ih potiču da poduzimlju djela i vlastitom pobudom. Neka pažljivo i s očinskom ljubavlju gledaju pothvate, prijedloge i želje iznesene od laika.⁸ S poštovanjem će pak pastiri priznavati onu slobodu jkoga svima pripada u zemaljskoj državi.

Od tih obiteljskih odnosa između laika i pastira moraju se očekivati mnoge koristi za Crkvu: jer se na taj način kod laika jača osjećaj vlastite odgovornosti, gaji se oduševljenje i njihove se sile lakše pridružuju djelu pastira. A ovi, pomognuti iskustvom laika, mogu jasnije i zgodnije suditi bilo u duhovnim, bilo u svjetovnim stvarima, tako da cijela Crkva, ojačana od svih svojih članova, uspješnije vrši svoju misiju za život svijeta. •

Laici, duša svijeta

38. Svaki laik mora pred svijetom biti svjedok uskrsnuća i života Gospodina Isusa, i znak živoga Boga. Svi skupa i svaki sa svoje strane moraju hraniti svijet duhovnim plodovima (usp. Gal 5, 22) i u nj ulijevati duh kojim se napunjavaju oni siromasi, krotki i miro ljubivi, koje je Gospodin u Evanđelju proglasio blaženima (usp. Sit 5, 3-9). Jednom riječju, »što je duša u tijelu, to neka budu kršćani u svijetu«.⁹

V glava **OPĆI POZIV NA**

SVETOST U CRKVI

Svetost u Crkvi

39. Crkva, koje misterij izlaže Sveti Sabor, po nauci je vjere trajno sveta. Jer je Krist, sin Božji, koji se s Ocem i Duhom slavi kao »jedini Sveti«,¹ ljubio Crkvu kao svoju zaručnicu i dao samoga sebe za nju da je posveti (usp. Ež 5, 25-26), i združio je sa sobom kao svoje tijelo i obasuo je darom Duha Svetoga na slavu Boga.

Sancti dono cumulavit, ad gloriam Dei. Ideo in Ecclesia omnes, sive ad Hierarchiam pertinent sive ab ea pascuntur, ad sanctitatem vocantur, iuxta illud Apostoli: »Hacc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra« (1 Thess. 4, 3; cf. Eph. 1, 4). Haec autem Ecclesiae sanctitas in gratiae fructibus quos Spiritus in fidelibus producit, incessanter manifestatur et manifestari debet; multiformiter exprimitur apud singulos, qui in suo vitae ordine ad perfectionem caritatis, aedificantes alios, tendunt; proprio quodam modo apparet in praxi consiliorum, quae evangelica appellari consueverunt. Quae consiliorum. praxis, Spiritu Sancto impellente, a multis christianis assumpta, sive privatim sive in conditione vel statu in Ecclesia sanctis, praeclarum in mundo fert, et ferre oportet, eiusdem sanctitatis testimonium et exemplum.

40. Omnis perfectionis divinus Magister et Exemplar, Dominus Iesus, sanctitatem vitae, cuius Ipse et auctor et consummator exstat, omnibus et singulis discipulis suis cuiuscumque conditionis praedicavit: »Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est« (Mt. 5, 48).« In omnes enim Spiritum Sanctum misit, qui eos intus moveat, ut Deum diligant ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente et ex tota virtute sua (cf. Mt. 22, 37), et ut invicem se diligant sicut Christus eos dilexit (cf. Io. 13, 34; 15, 12). Christi asseclae a Deo non secundum opera sua, sed secundum propositum et gratiam Eius vocati atque in Iesu Domino iustificati, in fidei baptismo vere filii Dei et consortes divinae naturae, ideoque reapse sancti effecti sunt. Eos proinde oportet sanctificationem quam acceperunt, Deo dante, vivendo tenere atque perficere. Ab Apostolo monentur, ut vivant »sicut decet sanctos« (Eph. 5, 3), et induant »sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam« (Col. 3, 12), fructusque Spiritus habeant in sanctificationem (cf. Gal. 5, 22; Rom. 6, 22). Cum vero in multis offendimus omnes (cf. Iac. 3, 2), misericordiae Dei iugiter egemus atque orare quotidie debemus: »Et dimitte nobis debita nostra« (Mt. 6, 12).»

Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae. planitudinem et caritatis perfectionem vocari,⁴ qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur. Ad quam perfectionem adipiscendam fideles vires secundum mensuram donationis Christi acceptas adhibeant, ut Eius vestigia sequentes Eiusque imagini conformes effecti, voluntatem Patris in omnibus obsequentes, gloriae Dei et servitio proximi toto animo sese devoteant. Ita sanctitas Populi Dei in abundantes fructus excrescet, sicut in Ecclesiae historia per tot Sanctorum vitam luculenter demonstratur.

41. In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris oboedientes

Zato su svi u Crkvi pozvani na svetost, bilo da pripadaju hijerarhiji, bilo da ona njima upravlja, prema riječima Apostola: »Ovo je Božja volja, vaše posvećenje« (1 Sol 4, 3; usp. Ef 1, 4). Ta svetost Grkve neprestano se očituje i mora se očitovati u plodovima koje Duh u vjernicima proizvodi, a izražava se u različnim oblicima kod pojedinaca koji u svom načinu života teže za savršenom ljubavi i druge pobuđuju na dobro; na svoj posebni način očituje se ona u vršenju savjeta koji se obično zovu evanđeoski. To vršenje savjeta, koje provode mnogi kršćani poticajem Duha Svetoga, bilo privatno, bilo u kojoj ustanovi ili staležu odobrenima od Crkve, donosi u svijetu i mora donijeti sjajno svjedočanstvo i primjer te svetosti.

Opći poziv rta svetost

40. Gospodin Isus, božanski Učitelj i uzor svake savršenosti, svima je i pojedinim svojim učenicima kojega god položaja propovijedao svetost života, kojoj je On sam i početak i usavršitelj: »Budite dakle savršeni kako je savršen vaš nebeski Otac« (Mt 5, 48).* Svima je poslao Duha Svetoga da ih iznutra potiče da Boga ljube svim srcem, svom dušom, svom pameću i svom snagom svojom (usp. Mk 12, 30), i da se međusobno ljube kako je Krist ljubio njih (usp. Iv 13, 34; 15, 12). Kristovi sljedbenici, pozvani od Boga ne po svojim djelima, nego po odluci i milosti Njegovoj, i opravdani u Isusu Gospodinu, postali su po krštenju vjere uistinu Božja djeca i dionici božanske naravi, i zato uistinu sveti. Oni dakle moraju uz Božju pomoć živjeti držati i usavršiti svetost koju su primili. Apostol ih opominje da žive »kako se pristoji svetima« (Ef 5, 3) i da se obuku »kao izabranici Božji, sveti i ljubljeni, u srdačno milosrđe, dobrotu, poniznost, krotkost i strpljivost« (Kol 3, 12), i neka imaju plodove Duha za posvećenje (usp. Gal 5, 22; Rim 6, 22). A budući da svi činimo mnoge pogreške (usp. Jak 3, 2), neprestano trebamo Božje milosrđe i svaki dan moramo moliti: »I oprostite nam naše dugove« (Mt 6, 12).*

Svima je dakle jasno da su svi vjernici, bilo kojeg staleža i stepena, pozvani na potpuni kršćanski život i na savršenu ljubav.« Po toj se svetosti i u zemaljskom društvu promiče humaniji način života. Da postignu tu savršenost, neka vjernici upotrebljavaju sile primljene po mjeri po kojoj ih je Krist darovao, da — slijedeći njegov primjer i postavši slični njegovoj slici, u svemu slušajući Očevu volju — svom se dušom posvete slavi Božjoj i službi bližnjemu. Tako će svetost Božjega Naroda dati obilate plodove, kako u povijesti Crkve to izvrsno dokazuju životi tolikih svetaca.

Mnogostruki oblici svetosti

41. U različnim vrstama života i u različnim dužnostima gaje jednu svetost svi koje vodi Duh Božji i koji, poslušni Očevu glasu i kla-

Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem, et crucem baiulantem sequuntur, ut gloriae Eius mereantur esse consortes. Unusquisque vero secundum propria dona et numerata per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedere debet.

Gregis Christi Pastores imprimis oportet, ut ad imaginem summi et aeterni Sacerdotis, Pastoris et Episcopi animarum nostrarum, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequantur ministerium suum, quod ita adimpletum, etiam pro eis erit praecelsum sanctificationis medium. Ad plenitudinem sacerdotii electi, sacramentali gratia danantur, ut orando, sacrificando et praedicando, per omnem formam episcopalis curae et servitii, perfectum pastoralis caritatis munus exercent,^s animam suam pro vrbibus ponere ne timeant et forma facti gregis (cf. 1 Pt. 5, 3), Ecclesiam etiam exemplo suo ad maiorem in dies sanctitatem promoveant.

Presbyteri in similitudinem ordinis Episcoporum, quorum spirituales coronam efformant,⁸ de eorum munere gratia participantes per Christum, aeternum et unicum Mediatorem, quotidiano officii sui exercitio in Dei proximique amore crescant, communionis sacerdotalis vinculum servant, in omni bono spirituali abundant atque vivum Dei testimonium omnibus praestent,⁷ aemuli eorum sacerdotum, qui saeculorum decursu, in humili saepe et abscondito servitio praeclarum sanctitatis specimen reliquerunt. Quorum laus est in Ecclesia Dei. Pro plebe sua et toto Populo Dei ex officio precantes et sacrificium offerentes, agnoscendo quod agunt et imitando quod tractant,⁸ nedum apostolicis curis, periculis et aerumnis impediuntur, per ea potius ad altiorem sanctitatem ascedunt, ex abundantia contemplationis actionem suam nutriendo et fovendo, in oblectamento totius Ecclesiae Dei. Omnes presbyteri et speciatim illi qui peculiari suae ordinationis titulo sacerdotes dioecesani vocantur, meminerint quantum ad suam sanctificationem conferant cum suo Episcopo fidelis coniunctio atque generosa cooperatio. Missionis autem et gratiae supremi Sacerdotis peculiari modo participes sunt inferioris quoque ordinis ministri, imprimis Diaconi, qui mysteriis Christi et Ecclesiae servientes,⁹ ab omni vitio puros se custodire atque Deo placere et omne bonum coram hominibus providere debent (cf. 1 Tim. 3, 8-10 et 12-13). Clerici, qui a Domino vocati et in partem Eius sepositi, sub vigilantia Pastorum ad officia ministrorum se praeparant, mentes et corda sua tam praeclarae electioni conformare tenentur, in oratione assidui, amore ferventes, quaecumque sunt vera, iusta et bonae fidei cogitantes, omnia in gloriam et honorem Dei perficientes. Quibus accedunt illi a Deo electi laici, qui, ut plene se dedant apostolicis operibus, ab Episcopo vocantur et in agro Domini cum multo fructu laborant.¹⁰

njajući se Bogu Ocu u duhu i istini, slijede Krista siromašna, ponizna i opterećena križem, da zasluže biti dionici njegove slave. Svaki prema svojim darovima i službama mora bez oklijevanja ići putem žive vjere koja budi nadu i djeluje po ljubavi.

Ponajprije moraju pastiri Kristova stada poput velikog i vječnog Svećenika, Pastira i Biskupa naših duša, sveto i veselo, ponizno i hrabro vršiti svoju službu, koja će tako ispunjena biti i za njih odlično sredstvo posvećenja. Onima koji su izabrani za puninu svećeništva daje se sakramentalna milost, da, moleći, žrtvujući i propovijedajući, svakim oblikom biskupske brige i službe vrše savršenu službu pastirske ljubavi,⁵ i da se ne boje za ovce položiti svoj život i da postavši uzor stadu (usp. 1 Petr 5, 3), i svojim primjerom vode Crkvu svaki dan na veću svetost.

Svećenici kao i red biskupa, kojima tvore duhovnu krunu,* imajući udio u milosti njihove službe po Kristu, vječnom i jedinom Posredniku, neka svagdanjim vršenjem svoje službe rastu u ljubavi prema Bogu i bližnjemu, neka čuvaju vezu svećeničke zajednice, obiluju u svakom duhovnom dobru i svima daju živo svjedočanstvo o Bogu,⁷ takmičeći se s onim svećenicima koji su tokom vjekova često u niskoj i skrivenoj službi ostavili sjajan primjer svetosti. Njihova hvala odjekuje u Božjoj Crkvi. Moleći i prinoseći žrtvu, kako im je dužnost, za svoj puk i za sav Božji Narod, priznajući ono što čine i nasljedujući ono čime se bave,⁸ mjesto da budu zapriječeni apostolskim brigama, pogiblima i teškoćama, neka se radije po njima podignu na veću svetost, hraneći i dajući polet, svojoj aktivnosti obiljem razmatranja, na utjehu cijele Božje Crkve. Svi svećenici, a osobito oni koji se po posebnom naslovu svoga ređenja zovu dijecezanski, neka se sjetite koliko njihovu posvećenju koristi vjerna veza i plemenita suradnja sa svojim biskupom.

Dionici su misije i milosti vrhovnog Svećenika na osobit način i službenici nižega reda, u prvom redu đakoni, koji se — služeći tajnama Krista i Crkve⁸ — moraju držati čisti od svake mane i ugađati Bogu te nastojati da Čine svako dobro pred ljudima (usp. 1 Tim 3, 8-10 i 12-13). Klerici, koji se, pozvani od Gospodina i odijeljeni da imaju dio s Njim, pripravlja pod nadzorom pastira na dužnost službenika, dužni su da usklade svoju pamet i srce s tako uzvišenim odabranjem: moraju biti postojani u molitvi, gorljivi u ljubavi, misliti na sve što je istinito, pravedno i na dobru glas, sve raditi na slavu i čast Božju. Njima se približuju i oni od Boga odabrani laici koje pozivaju biskupi da se potpuno dadu na apostolski rad te u Gospodinovu polju rade s mnogo ploda.¹⁰

Coniuges autem parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes» amore fidei, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant, et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbuant. Ita enim exemplum indefessi et generosi amoris omnibus praebent, fraternitatem caritatis aedificant, et fecunditatis Matris Ecclesiae testes et cooperatores existunt, in signum et participationem illius dilectionis, qua Christus Sponsam suam dilexit. Sequē pro ea tradidit.¹¹ Simile exemplum alio modo praebetur a viduis et inuuptis, qui ad sanctitatem et operositatem in Ecclesia, et ipsi haud parum conferre possunt. Illi vero, qui laboribus saepe duris incumbunt, oportet ut humanis operibus seipsos perficiant, concives adiuvent, totamque societatem et creationem ad meliorem statum promoveant, verum etiam ut Christum, cuius manus fabrilibus se exercuerunt et qui semper cum Patre ad salutem omnium operatur, in actiosa caritate imitentur, spe gaudentes, alter alterius onera portantes, atque ipso suo quotidiano labore ad altiore[m] ascendant sanctitatem etiam apostolicam.

Specialiter etiam Christo pro salute mundi patienti se uniri sciunt illi, qui paupertate, infirmitate, morbo, variisque aerumnis opprimuntur, vel persecutionem propter iustitiam patiuntur, quos Dominus in Evangelio beatos praedicavit et quos »Deus... omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, ipse¹ perficiet, confirmabit solidabitque« (1 Pt. 5, 10).

Omnes igitur christifideles in vitae suae conditionibus, officii vel circumstantiis, et per illa omnia, in dies magis sanctificabuntur, si cuncta e manu Patris coelestis cum fide suscipiunt et voluntati divinae cooperantur, caritatem qua Deus dilexit mundum in ipso temporali servitio omnibus manifestando.

42. »Deus caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo« (1 Io. 4, 16). Deus autem caritatem suam in cordibus nostris diffudit per Spiritum Sanctum qui datus est nobis (cf. Rom 5, 5); ideoque donum primum et maxime necessarium est caritas, qua Deum super omnia et proximum propter Illum diligimus. Ut vero caritas tamquam bonum semen in anima increseat et fructificet, unusquisque fidelis debet verbum Dei libenter audire. Eiusque voluntatem, opitulante Eius gratia, opere complere, Sacramentis, praesertim Eucharistiae, et sacris actionibus frequenter participare, seseque orationi, sui ipsius abnegationi, fraterno actuoso servitio et omnium virtutum exercitationi constanter applicare. Caritas enim, ut vinculum perfectionis et plenitudo legis (cf. Col. 3, 14; Rom. 13, 10), omnia sanctificationis media regit, informat ad finemque perducit." Unde caritatem in Deum tum in proximum signatur verus Christi discipulus. Cura

Bračni drugovi i kršćanski roditelji moraju, slijedeći svoj vlastiti put, s vjernom ljubavlju jedan drugoga kroz cio život podržavati u milosti i svoju djecu, koju su s ljubavlju od Boga primili, poučavati u kršćanskom nauku i u evanđeoskim krepostima. Tako svima daju primjer neumorne i plemenite ljubavi, izgrađuju bratstvo ljubavi i postaju svjedoci i suradnici plodnosti Majke Crkve, za znak i udio ljubavi kojom je Krist ljubio svoju Zaručnicu i za nju se predao.¹¹ Sličan primjer na drugi način daju udovci i neoženjeni, koji također mogu ne malo pridonijeti za svetost i rad u Crkvi. Oni koji često rade teške poslove treba da ljudskim djelima sebe usavršavaju, pomažu sugrađane i unapređuju prema boljemu stanju cijelo društvo i sav svijet, ali i da s djelatnom ljubavlju nasljeđuju Krista, čije su ruke radile tesarke poslove i koji uvijek s Ocem radi na spasenju svih, veseli u nadi, noseći terete jedan drugomu i. — napokon — da se samim svojim svagdanjim radom dignu do više pa i apostolske svetosti.

Neka znadu da se posebno sjedinjuju s Kristom koji trpi za spas svijeta oni koje tišti siromaštvo, slabost, bolest i različne nevolje, ili koji trpe progonstvo radi pravednosti, koje je Gospodin u Evanđelju nazvao blaženima i koje će »Bog... svake milosti, koji nas je pozvao, na vječnu svoju slavu u Kristu Isusu, poslije malih patnja, sam usavršiti, utvrditi i okrijepiti« (1 Petr 5, 10).

Svi će se dakle vjernici u svojim životnim prilikama, dužnostima i okolnostima i pomoću svih tih stvari svaki dan sve više posvećivati, ako sve s vjerom primaju iz ruke nebeskoga Oca i surađuju s Božjom voljom, očitujući svima u samoj vremenitoj službi ljubav kojom je Bog ljubio svijet.

Putovi i sredstva svetosti

42. »Bog je ljubav, i koji ostaje u ljubavi, ostaje u Bogu i Bog u njemu« (1 Iv 4, 16). A Bog je razlio svoju ljubav u naša srca po Duhu Svetomu koji nam je dan (usp. Rim 5, 5); i zato je prvi i najpotrebniji dar ljubavi kojom nadasve ljubimo Boga i bližnjega radi Njega. Da pak ljubav, kao dobro sjeme, u duši raste i donese plod, svaki vjernik mora rado slušati Božju riječ i vršiti njegovu volju uz pomoć njegove milosti, često primati sakramente, osobito Euharistiju, često sudjelovati u svetim činima, postojano se posvećivati molitvi, samozataji, djelotvornoj službi braći i vježbanju u svim krepostima. Jer ljubav kao veza savršenosti i izvršenje, Zakona (usp. Kol 3, 14; Rim 13, 10) upravlja svim sredstvima posvećenja, daje im Oblik i dovodi ih do svršetka.^{1*} Stoga je znak pravoga Kristova učenika i ljubav prema Bogu i ljubav prema bližnjemu.

lesiis, Dei Filius, caritatem suam manifestaverit, animam suam pro nobis ponendo, nemo maiorem habet dilectionem, quam qui animam suam pro Eo et fratribus suis ponit (cf. 1 Io. 3, 16; Io. 15, 13). Ad hoc ergo maximum amoris testimonium reddendum coram omnibus, praesertim persecutoribus, aliqui christiani iam a primo tempore vocati sunt et semper vocabuntur. Martyrium igitur, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur, Eique in effusione sanguinis conformatur, ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur. Quod si paucis datur, omnes tamen parati sint oportet, Christum coram hominibus confiteri, Eumque inter persecutiones, quae Ecclesiae numquam desunt, in via crucis subsequi.

Sanctitas Ecclesiae item speciali modo fovetur multiplicibus consiliis, quae Dominus in Evangelio discipulis suis observanda proponit.¹³ Inter quae eminet pretiosum gratiae divinae donum, quod a Patre quibusdam datur (cf. Mt. 19, 11; 1 Gon 7, 7), ut in virginitate vel coelibatu facilius indiviso corde (cf. 1 Cor. 7, 32-34) Deo soli se devoteant.¹⁴ Haec perfecta propter Regnum coelorum continentia semper in honore praecipuo ab Ecclesia habita est, tamquam signum et stimulus caritatis, ac quidam peculiaris fons spiritualis foecunditatis in mundo. Ecclesia etiam Apostoli monitionem recogitat, qui fideles ad caritatem provocans, eos exhortatur, ut hoc in se sentiant quod et in Christo Iesu, qui »semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, ...factus oboediens usque ad mortem« (Phil. 2, 7-8) et propter nos »egenus factus est, cum esset dives« (2 Cor. 8, 9). Huius caritatis et humilitatis Christi imitationem et testimonium cum a discipulis semper praeberi necesse sit, gaudet Mater Ecclesia plures in sinu suo inveniri viros ac mulieres, qui exinanitionem Salvatoris pressius sequuntur et clarius demonstrant, paupertatem in filiorum Dei libertate suscipientes et propriis voluntatibus abrenuntiantes: illi scilicet sese homini propter Deum in re perfectionis ultra mensuram praecepti subiiciunt, ut Christo oboedienti sese plenius conforment.¹⁵

Omnes igitur christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur. Attendant igitur omnes, ut affectus suos recte dirigant, ne usu rerum mundanarum et adhaesione ad divitias contra spiritum paupertatis evangelicae a caritate perfecta prosequenda impediuntur, monente Apostolo: Qui utuntur hoc mundo, in eo ne sistant: praeterit enim figura huius mundi (cf. 1 Cor. 7, 31 gr.).«

Varia media ad doctrinam christianam annuntiandam adhibere satagant in hodierno tempore quae praesto sunt, videlicet imprimis praedicationem atque catechetica institutionem, quae quidem semper principem tenent locum, sed et propositionem doctrinae in scholis, in academiis, conferentiis et coadunationibus omnis generis, necnon eiusdem diffusionem declarationibus publicis occasione quorundam eventuum factis, prout variisque instrumentis communicationis socialis, quibus ad Christi Evangelium nuntiandum uti omnino oportet.⁷

14. Invigilent ut catechetica institutio, quae eo tendit ut in hominibus fides, per doctrinam illustrata, viva fiat atque explicita et operosa, cum pueris et adolescentibus, tum iuvenibus, tum etiam adultis sedula cura tradatur; ut in eadem tradenda serventur aptus ordo atque methodus conveniens non tantum materiae de qua agitur, sed et indoli, facultatibus et aetati necnon vitae condicionibus auditorum, ut eadem institutio innitatur Sacra Scriptura, Traditione, Liturgia, Magisterio vitae Ecclesiae.

Curent praeterea ut catechetae ad munus suum rite praeparantur, ita ut Ecclesiae doctrinam plane cognoscant, necnon et leges psychologicae et disciplinas paedagogicas theoretice et practice addiscant.

Satagant etiam ut institutio catechumenorum adultorum restituatur aut melius adaptetur.

15. In exercendo suo munere sanctificandi memores sint Episcopi se ex hominibus assumptos esse et pro hominibus constitui, in iis quae sunt ad Deum, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis. Episcopi enim plenitudine Sacramenti Ordinis gaudent et ab ipsis in exercenda sua potestate pendent tum presbyteri, qui quidem, ut Ordinis episcopalis providi sint cooperatores, et ipsi consecrati sunt veri Novi Testamenti sacerdotes, tum diaconi, qui ad ministerium ordinati populo Dei in communione cum Episcopo eiusque presbyterio inserviunt; ipsi itaque Episcopi praecipui sunt dispensatores mysteriorum Dei, sicut et totius vitae liturgicae in Ecclesia sibi commissa moderatores, promotores atque custodes.⁸

lugiter itaque adnitantur ut christifideles paschale mysterium penitus cognoscant et vivant, per Eucharistiam, ita ut unum arctissimum efficiant Corpus in unitate caritatis Christi;⁹ »orationi et ministerio verbi instantes« (Act. 6, 4), laborem inpendant ut omnes

dijalozi moraju se isticati jasnoćom govora a istodobno i poniznošću i blagošću. Isto tako ti dijalozi moraju biti prožeti potrebnom razboritošću, povezanom s povjerenjem koje unapređuje prijateljstvo i tako upravo doprinosi da se duhovi ujedinjuju.«

U naviještanju kršćanske nauke neka se nastoje služiti različitim sredstvima koja im u današnje vrijeme stoje na raspolaganju, i to prvenstveno propovijedanjem i katehezom, što uvijek dolazi na prvo mjesto, ali i izlaganjem nauke u školama, akademijama, na konferencijama i sastancima svake vrste; konačno, javnim izjavama u određenim prilikama, štampom i drugim sredstvima društvenih komunikacija kojima se bezuvjetno treba služiti pri naviještanju Kristova Evanđelja.⁷

Katehetska poduka

14. Katehetska poduka ide za tim da vjera u ljudima preko poučavanja postane živa, svjesna i djelotvorna. Biskupi neka bdiju da se ta pouka s najvećom pomnjom i brigom pruži kako djeci i adolescentima, tako mladeži i odraslima; da se pri tom proučavanju pazi da prikladan rasporedaj i metoda koja je pogodna ne samo s obzirom na gradivo koje se obrađuje nego i s obzirom na prirodne dispozicije, sposobnosti i dob i na životne okolnosti slušača. Konačno, neka paze da se to proučavanje oslanja na Sveto pismo, predaju, liturgiju, učiteljstvo i na život Crkve.

Osim toga neka se brinu da se vjeroučitelji za svoju službu posebno pripreme, tako da temeljito poznaju nauku Crkve i da se teoretski i praktički pouče o psihološkim zakonima i granama pedagogije. Neka uznastoje i oko toga da se ponovno uvede ili učini prikladnijim poučavanje odraslih katekumena.

Služba posvećivanja

15. Pri izvršavanju svoje zadaće posvećivanja neka biskupi imaju na pameti da su od ljudi uzeti i da su postavljeni za ljude, u onome što se tiče službe Božje, da prinose darove i žrtve za grijeh. Biskupi, naime, imaju puninu sakramenta reda. O njima pri izvršavanju svoje vlasti ovise i prezbiteri, koji su baš zato i sami posvećeni za svećenike Novoga saveza da bi bili brižni suradnici biskupskoga reda, i đakoni, koji su zaređeni da služe Božjem narodu u zajednici s biskupom i njegovim prezbiterijem. Prema tome, biskupi su glavni djelitelji Božjih tajni, a isto tako i vođe, promicatelji i čuvari svega liturgijskog života u Crkvi koja im je povjerena.⁸ Neka stoga neprestano nastoje da vjernici po Euharistiji dublje spoznaju i proživljuju pashalni misterij, tako da tvore samo jedno tijelo, usko povezano u jedinstvu Kristove ljubavi.⁹ »Posvećujući se molitvi i službi propovijedanja« (Dj 4,-6), neka nastoje da svi koji su povjereni njihovoj brizi budu

quorum cura sibi est commissa unanimi sint in oratione¹⁰ utque Sacramentorum receptione in gratia crescant ac fideles Domino sint testes.

Qua perfectores, Episcopi clericorum suorum, religiosorum et laicorum sanctitatem, secundum suam cuiusque peculiarem vocationem, promovere studeant,¹¹ memores quidem se teneri ad exemplum sanctitatis praebendum, in caritate, humilitate et vitae simplicitate. Ita Ecclesias sibi concreditas sanctificent ut in eisdem universae Christi Ecclesiae sensus plene effulgeat. Idcirco vocationes sacerdotales ac religiosas quam maxime foveant, speciali cura vocationum missionarium adhibita.

16. In exercendo suo munere patris ac pastoris, sint Episcopi in medio suorum sicut qui ministrant,^{1*} boni pastores qui cognoscunt suas oves quosque et ipsae cognoscunt, veri patres qui spiritu dilectionis et sollicitudinis erga omnes praestant, quorumque auctoritati divinitus videm collatae omnes grato animo sese subiciunt. Integram sui gregis familiam ita congregent atque efforment ut omnes, officiorum suorum conscii, in communione caritatis vivant et operentur.

Quae ut efficaciter facere valeant, Episcopi, »ad omne opus bonum parati« (2 Tim. 2, 21) et »omnia sustinentes propter electos« (2 Tim. 2, 10) vitam suam ita ordinent oportet, ut necessitatibus temporum accommodata sit.

Sacerdotes, quippe qui munera et sollicitudinem ipsorum pro parte suscipiant et cura cotidiana tam studiose exerceant, peculiari semper caritate amplectantur, eosdem ut filios et amicos haberites^{1*} ideoque ad eos audiendos parati atque confidenti cum eisdem consuetudine, integrum opus pastorale totius dioecesis promovere studeant.

*

Solliciti sint eorum condicionum spiritualium, intellectualium et materialium ut hi sancte pieque vivere atque ministerium suum fideliter ac fructuose adimplere valeant. Quare institutiones foveant et peculiare conventus instaurent, in quibus sacerdotes aliquoties congregentur tum ad longiora peragenda exercitia spiritualia in vitae suae renovationem tum ad altiorem acquirendam cognitionem ecclesiasticarum disciplinarum, praesertim Sacrae Scripturae et theologiae, socialium maioris momenti quaestionum, necnon novarum actionis pastoralis rationum. Operosa misericordia prosequantur sacerdotes qui in periculo quoquo modo versantur aut in quibusdam defecerunt.

Fidelium bono ut pro sua cuiusque condicione aptius consulere queant, eorundem necessitates, in socialibus in quibus vivunt adiunctis, rite cognoscere satagant, aptis ideo adhibitis instrumentis, praesertim investigationis socialis. Erga omnes sollicitos se praebeant cuius-

jednodušni u molitvi¹⁷? i da primanjem sakramenata rastu u milosti i budu vjerni svjedoci Gospodinu.

Kao učitelji savršenosti, neka se biskupi trude da promiču svetost svojih prezbitera, redovnika i laika, i to prema, posebnom zvanju svakoga od njih,¹¹ imajući na pameti da su upravo oni dužni ljubavlju, poniznošću i jednostavnošću života davati primjer svetosti. Neka tako posvećuju Crkve koje su im povjerene, 4a. u njima blista duh opće Kristove Crkve. Zbog toga neka promiču štup im je više moguće svećenička i redovnička zvanja, a posebnu brigu neka obrate misijskim zvanjima.

Biskupska pastirska služba

16. Pri izvršavanju svoje službe oca i pastira neka biskupi budu među svojim vjernicima kao oni koji služe,¹² dobri pastiri koji poznaju svoje ovce a čije ovce poznaju njih, pravi očevi koji prednjače duhom ljubavi i brige prema svima i čijoj se od Boga danoj vlasti svi dobrovoljno podvrgavaju. Čitavu obitelj svoga stada neka tako okupljaju i odgajaju da svi — svjesni svojih dužnosti — žive i djeluju u zajedništvu ljubavi.

Da bi to mogli djelotvorno izvesti, biskupi moraju biti ~ »pravni za svako dobro djelo« (2 Tim 2, 21) »sve podnoseći poradi izabranih« (2 Tim 2, 10) te moraju tako urediti svoj život da odgovara zahtjevima našega vremena.

Posebnu ljubavlju neka susreću svećenike, kao one koji dijelom preuzimaju njihove zadaće i brige i koji ih svakodnevno revno izvršuju. Njih treba da smatraju kao sinove i prijatelje.¹⁸ Neka zato budu spremni da ih saslušaju i da u povjerljivu saobraćaju s njima promiču sveukupno pastoralno djelo čitave biskupije.

Biskupi se moraju brinuti za duhovno, intelektualno i materijalno dobro svojih svećenika, da bi oni mogli sveto i pobožno živjeti te svoju službu obavljati vjerno i plodonosno. Zato neka podupiru ustanove i upriličuju posebne sastanke na kojima će se svećenici povremeno sastajati da bi mogli obaviti dulje duhovne vježbe za obnovu svoga života, kao i da bi stekli dublje znanje u crkvenim disciplinama, posebno u Svetom pismu i teologiji te u važnijim socijalnim pitanjima i novim metodama pastoralnog djelovanja. Djelotvornim milosrdem neka se zauzimaju za one svećenike koji se nalaze bilo u kakvoj pogibelji ili su u nečemu pogriješili. Da bi se mogli što uspješnije brinuti za dobro vjernika prema njihovim prilikama, neka se biskupi potrudu da točno upoznaju njihove potrebe u socijalnim prilikama u kojima žive i neka za to upotrijebe prikladne metode, osobito metodu sociološkog ispitivanja (ankete). Neka se interesiraju

cumque sunt aetatis, condidonis vel nationis, tum incolas, tum advenas et peregrinos. In hac pastorali sollicitudine exercenda fidelibus suis in rebus Ecclesiae partes ipsis congruentes servant, eorundem officium et ius quoque agnoscentes active adlaborandi ad aedificationem mystici Corporis Christi.

Fratres seiunctos amore prosequantur, fidelibus etiam commendantur ut erga eos magna cum humanitate et caritate se gerant, oeconomismum quoque, ut ab Ecclesia-intelligitur, foventes.^{1*} Etiam non baptizatos cordi habeant, ut et ipsis caritas eluceat Christi Iesu, Cuius coram omnibus testes sunt Episcopi.

17) Varias foveantur apostolatus rationes, atque in universa dioecesi, vel in eiusdem peculiaribus regionibus, omnium operum apostolatus, sub moderamine Episcopi, coordinatio atque intima coniunctio, qua quidem omnia incepta atque instituta, catechetica, missionalia, caritativa, socialia, familiaria, scholastica, atque quaelibet alia finem pastorem persequentia, ad concordem redigantur actionem, qua simul clarius dioecesis unitas eluceat.

Sedulo urgeatur officium quo tenentur fideles ad apostolatam pro sua quisque conditione et aptitudine exercendum, atque ipsis commendetur ut varia opera laicorum apostolatus, et praesertim Actionem Catholicam, participant aut iuvent. Associationes quoque promoveantur vel foveantur quae finem supernaturalem directe aut indirecte prosequuntur, ad perfectiorem scilicet vitam assequendam, aut ad Christi Evangelium omnibus annuntiandum, aut ad doctrinam christianam vel incrementum cultus publici promovendum, aut ad fines sociales persequendos aut ad pietatis vel caritatis opera exercenda.

Apostolatus formae rite accommodentur necessitatibus hodiernis, attentis hominum condicionibus, non solum spiritualibus et moralibus, sed etiam socialibus, demographicis et economicis. Ad quod efficaciter et fructuose assequendum, magnopere conferunt investigationes sociales et religiosas, per officia sociologiae pastorales, quae enixe commendantur.

18. Peculiaris sollicitudo habeatur fidelium, qui ob vitae conditionem communi ordinaria parochorum cura pastorali non satis frui valent. aut eadem penitus carent, uti sunt quamplurimi migrantes, exsules et profugi, maritimi sicut et aeronavigantes, nomades aliique id genus. Aptae methodi pastorales promoveantur ad vitam spiritualem fovendam eorum qui relaxationis causa ad tempus alias regiones petunt.

za sve bez obzira na dob, stalež i narodnost, za starosjedioce, pridošlice i strance. U izvršavanju te pastirske brige neka i svojim vjernicima ostave onaj dio posla koji u stvarima Crkve spada na njih i neka im priznaju dužnost i pravo da aktivno sudjeluju u izgradnji mističnog Tijela Kristova. Biskupi moraju ljubiti odijeljenu braću te i svojim vjernicima preporučivati da ih susreću prijateljski i s ljubavlju, a treba da podupiru i ekumenizam kako ga shvaća Crkva.¹⁴ Neka im na srcu budu i nekršćani, da i njima zasja ljubav Isusa Krista, za koga biskupi svjedoče pred svim ljudima.

Posebni oblici apostolata

17. Treba da se promiču različiti oblici apostolata. Osim toga, u čitavoj biskupiji i njezinim posebnim područjima treba da se pod biskupovim vodstvom koordiniraju i tijesno povezu sva djela apostolata. Tako će se zahvatiti u jedinstvenu akciju svi pothvati i usta nove koje se odnose na katehezu, misije, karitativnu djelatnost, socijalna pitanja, obitelji, škole i na sve druge ustanove koje imaju bilo kakav pastoralni cilj. Time se ujedno jasnije očituje i jedinstvo biskupije. ■ ■ ' ■ ■ ' . ■ ■

Potrebno je neprestano naglašavati dužnost koja obavezuje vjernike, da svatko vrši apostolat prema svojim prilikama i sposobnostima. Neka im se preporučuje da sudjeluju i pomažu u različitim djelima laičkog apostolata, a posebno u katoličkoj akciji. Potrebno je, nadalje, promicati ili unapređivati društva koja izravno ili neizravno idu za nadnaravnim ciljem, tj. koja idu za tim da se provodi savršeniji život, da se svima naviješta Kristovo Evanđelje, da se promiče kršćanska nauka ili da se razvija javno bogoštovlje, da se ostvare socijalni ciljevi ili da se vrše djela pobožnosti i ljubavi. Takvi oblici apostolata treba da se potpuno prilagode zahtjevima današnjeg vremena. Pri tome se moraju imati pred očima ne samo duhovne i moralne nego i socijalne, demografske i ekonomske prilike ljudi. Da bi se taj cilj uspješno i plodonosno postigao, od velike su pomoći sociološka i religiozna istraživanja instituta pastoralne sociologije. Oni se vrlo topla preporučuju.

Posebna briga za neke skupine vjernika

18. Posebnu brigu treba voditi o vjernicima koji zbog svojih životnih prilika nisu u mogućnosti da se dovoljno koriste redovitim i općom pastirskom službom župnika ili su posve bez nje. Ovamo možemo ubrojiti brojne emigrante, prognanike i izbjeglice, "pomorce i avijatičare, nomade i druge slične skupine ljudi. Prikladne pastoralne metode potrebno je razvijati i za duhovno dobro turista koji odlaze na neko vrijeme u druge krajeve.

Episcoporum Conferentiae, praesertim Nationales, . urgentioribus quaestionibus ad praedictos spectantibus; sedulo studeant, \et aptis instrumentis ac institutionibus spirituali edrum curae, concordi voluntate viribusque unitis consulant atque faveant, attentis in primis normis ab Apostolica Sede statutis¹« vel statuendis, temporum, locorum et personarum condicionibus apte accommodatis.

19. In suo apostolico munere obeuhdo, quod animarum salutem intendit, Episcopi per se plena ac perfecta gaudent libertate atque independentia a quacumque civili potestate; Quare non licet eorum muneris ecclesiastici exercitium directe vel indirecte impedire neve eos prohibere quominus cum Apostolica Sede aliisque Auctoritatibus ecclesiasticis et cum suis subditis libere communicent.

Profecto Sacri Pastores, dum in spiritualem sui gregis curam incumbunt, reapse sociali quoque et civili profectui ac prosperitati consulunt, actuosam in hunc finem cum publicis auctoritatibus, pro sui officii ratione et sicut Episcopos decet, operam consociantes atque iustis legibus oboendentiam et legitime constitutis potestatibus reverentiam suadentes.

20. Cum apostolicum Episcoporum munus sit a Christo Domino institutum atque spiritualem et supernaturalem finem prosequatur, Sacrosancta Gecumenica Synodus declarat ius nominandi et instituendi Episcopos esse competenti Auctoritati ecclesiasticae proprium, peculiare et per se exclusivum.

Quapropter ad Ecclesiae libertatem rite tuendam et ad christifidelium bonum aptius et expeditius promovendum in votis est Sacrosancti G>ncilii ut in posterum nulla amplius dvilibus Auctoritatibus concedantur iura aut privilegia electionis, nominationis, praesehtationis vel designationis ad Episoopatus offidum; civiles vero Auctoritates, quarum obsequentem erga Ecclesiam voluntatem Sacrosancta Synodus grato animo agnoscit plurimique facit, humanissime rogantur ut praedictis iuribus vel privilegiis, quibus in praesens pacto aut consuetudine fruuntur, consiliis cum Apostolica Sede initis, sua sponte renuntiare velint.

21. Cum Igitur pastorale Episcoporum munus tanti sit momenti tantaeque gravitatis, Episcopi dioecesani aliique in iure ipsis aequiparati, si, ob ingravescentem aetatem aliamve gravem causam, implendo suo officio minus apti evaserint, enixe rogantur ut, vel sua ipsi sponte

Biskupske konferencije, osobito one unutar pojedinih zemalja, treba da brižno proučavaju urgentnija pitanja koja se tiču spomenutih kategorija vjernika. Prikladnim sredstvima i ustanovama neka se zajednički i složno pobrinu za duhovno dobro tih vjernika. Pri tome treba da prije svega imaju na umu smjernice što ih je izdala¹⁵ ili će ih izdati Apostolska Stolica, i da ih na zgodan način prilagode okolnostima vremena, mjesta i osoba.

Sloboda biskupa i njihovi odnosi s državnim vlastima

19. Pri izvršavanju svoje apostolske službe, koja ide za spasenjem duša, biskupi po sebi uživaju potpunu i neograničenu slobodu i ne ovisnost od bilo koje građanske vlasti. Stoga nije dopušteno bilo izravno ili neizravno ometati vršenje njihove crkvene službe, niti onemogućivati im slobodnu komunikaciju s Apostolskom Stolicom ili drugim crkvenim vlastima i njihovim podložnicima.

Time samim što se trude oko duhovnog dobra svoga stada, biskupi stvarno rade i za socijalni i građanski napredak i blagostanje. Tome doprinose time što, u okviru svoje službe, i kako dolikuje biskupima, surađuju aktivno s javnim vlastima, te svoje vjernike potiču na poslušnost pravednim zakonima i na poštivanje zakonito postavljenih vlasti.

Sloboda u imenovanju biskupa

20. Budući da je apostolsku službu biskupa ustanovio Isus Krist te ona ima duhovni i nadnaravni cilj, sveti Opći Sabor izjavljuje da je imenovanje i postavljanje biskupa vlastito, posebno i po sebi isključivo pravo nadležne crkvene vlasti.

I zato, da bi se na pravi način zaštitila sloboda Crkve te da bi se na zgodniji i djelotvorniji način unapređivalo dobro vjernika, želja je svetog Sabora da se ubuduće građanskim vlastima više ne ustupaju nikakva prava ili povlastice pri izboru, imenovanju, predlaganju ili određivanju osobe za biskupsku službu. One pak građanske vlasti čiju blagonaklonost prema Crkvi sveti Sabor sa zahvalnošću priznaje i uvelike cijeni, toplo se umoljavaju da se po dogovoru s Apostolskom Stolicom svojevolumeno odreknu spomenutih prava i povlastica koje danas uživaju bilo po ugovoru bilo po običaju.

Zahvala biskupa na njihovoj službi

21. Budući da je pastirska služba biskupa toliko značajna i važna, .usrdno se umoljavaju dijecezanski biskupi i drugi koji su pravno s njima izjednačeni, da se, bilo svojevolumeno bilo pozvani od nadležne vlasti, sami odreknu svoje službe ako zbog poodmakle dobi ili kojeg

vel a competenti Auctoritate invitati, renuntiationem ab officio exhibeant. Competens autem Auctoritas, si illam acceptaverit, et de congruenti renuntiantium sustentatione et de peculiaribus iuribus iisdem recognoscendis providebit.

II. Dioecesium Circumscriptio

22. Ad proprium dioecesis finem consequendum, oportet ut Ecclesiae natura in populo Dei ad ipsam dioecesim pertinente perspicue manifestetur; ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant; ut denique populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur.

Id autem postulat sive congruentem finium territorialium dioecesium circumscriptionem, sive clericorum opumque distributionem rationi consentaneam atque apostolatus exigentiis accommodatam.

Quae omnia non solum clericorum et christifidelium, quorum drecte interest, verum etiam et totius catholicae Ecclesiae in bonum cedunt.

Itaque, ad dioecesium circumscriptiones quod attinet, decernit Sacrosancta Synodus ut, quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando vel uniendo, aut ipsarum fines mutando vel episcopalium sedium aptiorem locum determinando, aut denique, praesertim si de dioecesibus agatur quae ex maioribus urbibus constant, eas nova interna ordinatione disponendo.

23. In dioecesium circumscriptionibus recognoscendis in tuto ponatur praeprius uniuscuiusque dioecesis unitas organica, quoad personas, officia, instituta, ad instar corporis apte viventis. Singulis vero in casibus, omnibus adiunctis accurate perpensis, prae oculis habeantur criteria generaliora quae sequuntur.

1) In circumscriptione dioecesana definienda ratio, quantum fieri poterit, habeatur varietatis compositionis populi Dei, quae multum conferre potest ad pastorem curam aptius exercendam; simulque curetur ut huius populi conglobationes jlemographicae, cum civilibus officiis institutisque socialibus quae structuram ipsius organicam efficiunt, in unum, quantum fieri poterit, serventur. Qua de causa uniuscuiusque dioecesis territorium non nisi continuum pateat. .,

Attendantur etiam, si casus ferat, ad fines circumscriptionum civilium, atque ad peculiarium personarum locorumve adiuncta, v.g. psychologica, oeconomica, geographica, historica.

drugog važnog razloga više ne bi bili sasvim u stanju da obavljaju svoju službu. Nadležna će se pak vlast, ukoliko tu ostavku prihvati, pobrinuti za dostojno uzdržavanje onih koji su se odrekli službe kao i zato da im se priznaju njihova posebna prava.

II. GRANICE BISKUPIJE

Potreba da se odrede nove granice biskupija

22. Da bi biskupija mogla ostvarivati svoju vlastitu svrhu, ponaj prije je potrebno da Božji narod koji pripada biskupiji jasno očituje narav Crkve; zatim, da biskupi mogu u biskupiji uspješno izvršavati svoju pastirsku službu, i konačno, da se što je moguće bolje omogući spasenje Božjeg naroda.

To, međutim, zahtijeva da se prikladno odrede granice biskupijskih područja te da se izvrši racionalna raspodjela svećenstva i finansijskih sredstava prilagođena potrebama apostolata. Sve to ide u korist ne samo svećenstva i vjernika kojih se to izravno tiče nego i čitave Katoličke Crkve.

I zato s obzirom na granice* biskupija Sveti Sabor određuje da se — ukoliko to traži dobro duša — što prije razborito pristupi reviziji. Pri tome je potrebno da se biskupije podijele, cijepaju ili spajaju, ili da se promijene njihove granice, ili da se prenese sjedište biskupije na zgodnije mjesto. Potrebno je, konačno, da se — osobito ako se radi o biskupijama koje su sastavljene od većih gradova — provede nova unutarnja organizacija.

Pravila kojih se pri tome treba držati

23. Pri preuređivanju novih biskupijskih granica mora se prije svega osigurati organsko jedinstvo svake pojedine biskupije s obzirom na osobe, službe i ustanove, da se stvori zdrav i za život sposoban organizam. Međutim u pojedinim slučajevima, pošto se brižljivo ispituju sve okolnosti, treba imati pred očima slijedeća općenitija pravila:

1) Pri određivanju biskupijske granice neka se — koliko je moguće — vodi briga o raznolikom sastavu Božjeg naroda, jer to može uvelike doprinijeti uspješnijem izvršavanju pastirske službe; ujedno treba nastojati da se — koliko je moguće — sačuva jedinstvo demografskih skupina toga naroda s građanskim uredima i socijalnim institucijama koje sačinjavaju, njegovu organsku strukturu. I zato treba da teritorij svake pojedine biskupije bude jedinstven.

Neka se pripazi, ako bude takav slučaj, i na raspodjelu teritorija unutar države, kao i na specijalne osobine ljudi i mjesta koje su npr. psihološke, ekonomske, geografske ili historijske naravi.

2) Amplitudo territorii dioecesanii eiusve incolarum numerus talis sit generatim ut, ex una parte, ipse Episcopus, licet ab aliis adiutus, pontificalia exercere visitationesque pastorales congrue peragere valeat, omnia apostolatus opera in dioecesi rite moderari atque coordinare, sacerdotes suos praesertim cognoscere, neenon et religiosos et laicos rationem aliquam in dioecesanis inceptis habentes; ex altera vero parte, sufficiens ac idoneus praebetur campus in quo sive Episcopus sive clerici, omnes suas vires in ministerium, prae oculis habitate universalis Ecclesiae necessitatibus, utiliter impendere possint.

3) Quo denique aptius salutis ministerium in dioecesi exerceri possit, pro regula habeatur ut unicuique dioecesi clerici, numero et idoneitate saltem sufficientes, praesto sint pro rite pascendo populo Dei; officia, instituta et opera ne desint quae Ecclesiae particularis propria sunt, quaeque pro eius apto regimine et apostolatu necessaria usu comprobantur; opes denique ad personas et instituta sustentanda aut iam adsint aut saltem prudenter praevideantur aliunde non defuturae.

Hunc quoque in finem, ubi sint fideles diversi Ritus, eorum spiritualibus necessitatibus Episcopus dioecesanus provideat sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem Ritus, sive per Vicarium Episcopalem aptis facultatibus instructum et, si casus ferat, etiam eharactere episcopali ornatum, sive per seipsum diversorum Rituum Ordinarii munere fungentem. Quod si haec omnia, ob rationes peculiarias, iudicio Apostolicae Sedis, fieri non possint, Hierarchia propria pro diversitate Rituum constituatur.¹⁸

Item, in similibus circumstantiis, diversi sermonis fidelibus provideatur sive per sacerdotes aut paroecias eiusdem sermonis, sive per Vicarium Episcopalem sermonem bene callentem et etiam, si casus ferat, eharactere episcopali ornatum, sive denique alia opportuniore ratione.

24. Ad dioecesium immutationes aut innovationes ad normam nn. 22-23 inducendas quod attinet, salva disciplina Ecclesiarum Orientalium, expedit ut competentes Conferentiae Episcopales haec negotia pro suo quaeque territorio examini subiciant — ope etiam adhibita peculiaris Commissionis Episcopalis, si id opportunum videatur, at semper auditis praesertim Episcopis provinciarum vel regionum quarum interest — et deinde sua consilia et vota Apostolicae Sedi proponant.

2) Veličina biskupijskog teritorija i broj njegovih stanovnika neka po pravilu odgovara ovim uvjetima. S jedne strane da sam biskup, makar i uz pomoć drugih, može izvršavati pontifikalne obrede, bez poteškoća obavljati pastirske pohode, pravilno voditi i usklađivati sva djela apostolata u biskupiji; a osobito da može poznavati svoje svećenike, redovnike i laike koji sudjeluju u biskupijskim poslovima. S druge pak strane neka teritorij biskupije bude dovoljno veliko i prikladno polje na kojem će i biskup i svećenici moći korisno upotrijebiti sve svoje sile u službi, a pri tome ne smiju izgubiti s vida potrebe opće Crkve.

3) Konačno, da bi se služba spasenja mogla u biskupiji što bolje obavljati vrijede slijedeća pravila: svaka biskupija treba da ima brojčano i po sposobnosti dovoljno svećenika da mogu kako treba urediti duhovnu pastvu Božjeg naroda; isto tako neka nijedna mjesna Crkva ne bude bez svojih vlastitih ureda, ustanova i djela i svega onoga što se običajem pokazalo korisnim za njezino uspješno vodstvo i apostolat. Konačno, treba da već postoje ili bar da se odnekuda razborito osiguraju materijalna sredstva za uzdržavanje personala i ustanova.

S istog razloga neka se dijecezanski biskup, tamo gdje su vjernici različitog obreda, pobrine za njihove duhovne potrebe. To može učiniti, tako da se pobrine za svećenike ili župe istoga obreda, ili da se postavi biskupski vikar sa svim potrebnim ovlastima, pa — ako je potrebno — da primi i biskupsko posvećenje. On sam može također vršiti službu ordinarija različitih obreda. Ako sve to, po sudu Apostolske Stolice, ne bi bilo moguće, neka se uspostavi za različite obrede posebna hijerarhija.¹«

Isto se tako, u sličnim okolnostima, treba pobrinuti za duhovno dobro vjernika različitih jezika, bilo preko svećenika ili, župa istog jezika bilo postavljanjem biskupskog vikara koji dobro vlada tim jezikom. Ako je potrebno neka taj bude posvećen za biskupa, a može se pobrinuti i na bilo koji drugi zgodniji način.

' Tražiti mišljenje biskupskih konferencija

r 24. Korisno je da sva ta pitanja u pogledu preuređenja ili osnivanja biskupija u smislu broja 23—24 svestrano razmotre nadležne biskupske konferencije, svaka za svoje područje. Ako je zgodno, može se osnovati i posebna biskupska komisija, i nakon što se saslušaju u prvom redu biskupi dotičnih pokrajina i krajeva o kojima se radi, neka svoje mišljenje i prijedloge iznesu Apostolskoj Stolici. Pri tome neka se ne dira u disciplinu Istočnih Crkvi.

III. EPISCOPI DIOECESANI IN MUNERE PASTORALI COOPERATORES

1) *Episcópi Coadiutores et Auxiliares*

25. In regendis dioecibus, pastorali Episcoporum muneri ita provideatur, ut bonum dominici gregis semper sit suprema ratio. Quod bonum ut debite procuretur, haud raro Episcopi Auxiliares constituendi sunt, eo quod Episcopus dioecesanus, vel ob nimiam dioecesis amplitudinem aut nimium incolarum numerum, vel ob peculiaria apostolatus adiuncta aut alias diversae naturae causas, nequit per semetipsum omnia episcopalia munia, sicut animarum erigit bonum, adimplere. Imo et aliquando peculiaris necessitas postulat ut in ipsius Episcopi dioecis adiutorium constituatur Episcopus Coadiutor. Qui Episcopi Coadiutores et Auxiliares ita congruentibus facultatibus instruendi sunt, ut, salva semper unitate dioecisanim regiminis necnon Episcopi dioecis auctoritate, eorum actio efficacior reddatur et dignitas, Episcoporum propria, magis in tuto ponatur.

Iamvero Episcopi Coadiutores et Auxiliares, eo quod in partem sollicitudinis Episcopi dioecis vocati sunt, ita munus suum exercent, ut in omnibus negotiis unanima consensione cum ipso procedant. Praeterea obsequium et reverentiam semper exhibeant Episcopo dioecisano, qui et ipse Episcopos Coadiutores vel Auxiliares fraterne diligat atque existimatione prosequatur.

26. Bono animarum id exigente, ne renuat Episcopus dioecis a competenti Auctoritate unum pluresve Auxiliares expostulare, qui nempe sine iure successionis pro dioecesi constituuntur.

Quodsi in Litteris nominationis provisum non fuerit, Episcopus dioecis Auxiliarem vel Auxiliares suos constituat Vicarios Generales vel saltem Vicarios Episcopales, a sua auctoritate dumtaxat dependentes quos ipse, in perpendendis causis maioris momenti praesertim indolis pastoralis, consulere velit.

Nisi aliud a competenti Auctoritate statutum fuerit, cum Episcopi dioecis munere non exspirant potestates et facultates quibus Episcopi Auxiliares a iure instructi sunt. Optandum quoque est, ut, sede vacante, magis dioecis regendi, nisi aliud graves rationes suadeant, committatur Episcopo Auxiliari vel, ubi plures sunt, uni ex Auxilia-

III. SURADNICI DIJECEZANSKOG BISKUPA U NJEGOVOJ PASTIRSKOJ SLUŽBI

1. KOADJUTORI I POMOĆM BISKUPI

Pravila kojih se treba držati pri postavljanju pomoćnih biskupa i koadjutora

25. Pri upravljanju biskupijama neka biskupi u svojoj pastirskoj službi tako postupaju da dobro Gospodnjeg stada uvijek bude vrhovno pravilo. Da bi se to duhovno dobro osiguralo kako treba, češće će biti potrebno da se postave pomoćni biskupi, zbog toga što dijecezanski biskup ne može sam ispunjati sve svoje biskupske službe kako to traži dobro duša, bilo to zbog prevelike prostranosti biskupije, bilo zbog prevelikog broja stanovnika, ili zbog posebnih okolnosti apostolata ili zbog kakvih drugih razloga. Štoviše, katkada i posebna potreba traži da se kao pomoć dijecezanskom biskupu postavi koadjutor. Tim biskupima-koadjutorima i pomoćnim biskupima treba dati takve odgovarajuće ovlasti da — pazeći uvijek na jedinstvo biskupijske uprave i na vlast dijecezanskog biskupa — njihovo djelovanje bude što uspješnije i da se njihovo biskupsko dostojanstvo što bolje osigura. Nadalje, budući da su biskupi koadjutori i pomoćni biskupi pozvani da snose dio briga dijecezanskog biskupa, neka svoju službu obavljaju tako da u svim poslovima postupaju sporazumno s njime. Osmr toga neka dijecezanskom biskupu uvijek iskazuju poslušnost i poštovanje, a on sa svoje strane treba da biskupima-koadjutorima i pomoćnim biskupima bratski ljubi i poštuje.

Ovlasti pomoćnih biskupa i koadjutora

26. Kada to traži dobro duša, neka se dijecezanski biskup ne ustručava da od nadležne vlasti zamoli da imenuje u biskupiji jednog ili više pomoćnih biskupa bez prava nasljedstva. Ako se ne bude predvidio već u pismu imenovanja, neka dijecezanski biskup svoga pomoćnog biskupa, odnosno svoje pomoćne biskupe postavi za generalne vikare ili bar za biskupske vikare, koji su dakako ovisni samo o njegovoj vlasti. S njima neka se savjetuje pri rješavanju važnijih pitanja, osobito pitanja pastoralne naravi.

Ako nadležna vlast drugačije ne odredi, sa službom dijecezanskog biskupa ne prestaju ovlasti i povlastice koje po samom pravu imaju pomoćni biskupi. Poželjno je također, osim ako ozbiljni razlozi ne traže drugačije, da se — u slučaju ispražnjenosti biskupske stolice — služba uprave biskupije povjeri pomoćnom biskupu, ili jednomu od njih ako ih ima više.

ribus, Episcopus Coadiutor, qui nempe cum iure successione nominatur, ab Episcopo dioecesano Vicarius Generalis semper constituatur. Eidem autem pleniores facultates in casibus particularibus a competenti Auctoritate concedi poterunt.

Ut quam maxime praesenti ac futuro dioecesis bono faveatur, Episcopus Coadiutus et Coadiutor in rebus maioris momenti muti se consulere ne omittant;

2) Curia atque Consilia Dioecesana

27. Eminens in Curia dioecesana est officium Vicarii Generalis. Quoties autem rectum dioecesis regimen id requirat, constitui possunt ab Episcopo unus aut plures Vicarii Episcopales, qui nempe ipso iure, in determinata dioecesis parte aut in certo negotiorum genere aut quoad fideles determinati Ritus, ea gaudent potestate, quam ius commune Vicario Generali tribuit.

Inter Episcopi cooperatores in regione dioecesis, illi presbyteri, quoque enumerantur qui eius senatum consiliumve constituunt, ut sunt capitulum cathedrale, consultorum coetus vel alia consilia, secundum diversorum locorum circumstantias vel indolem. Haec instituta, praesertim capitula cathedralia, novae ordinationi, quatenus opus sit, necessitatibus hodiernis aptatae, subiciantur.

Sacerdotes et laici, quid ad Curiam dioecesanam pertinent, sciant se pastoralis Episcopi ministerio adiutricem operam praestare.

Curia dioecesana ita ordinetur ut aptum instrumentum Episcopo fiat, non tantum ad dioecesim administrandam, sed etiam ad opera apostolatus exercenda.

Valde optandum est ut in unaquaque dioecesi peculiare instituantur Consilium pastorale, cui Episcopus dioecesanus ipse praesit et in quo clerici, religiosi et laici, specialiter, delecti, partes habeant. Huius Consilii erit, ea quae ad pastoralia opera spectant, investigare et perpendere atque de eis practicas expromere conclusiones.

3) Clerus dioecesanus

28. Omnes quidem presbyteri sive dioecesani sive religiosi, unum sacerdotium Christi cum Episcopo participantet exercent, ideoque Ordinis episcopalis providi cooperatorum constituuntur. In animarum autem cura procuranda primas partes habent sacerdotes dioecesani, quippe qui, Ecclesiae particulari incardinati vel addicti, eiusdem

Biskupa koadjutora, tj. koji je imenovan š pravom nasljedstva, neka dijecezanski biskup uvijek postavi za generalnog vikara. Nadležna vlast može mu u posebnim slučajevima dati i veće ovlasti.

Da bi se što bolje osiguralo i sadašnje i buduće dobro biskupije, neka biskup koji je dobio koadjutora i biskup koadjutor nastoje da se međusobno posavjetuju u važnijim pitanjima.

2. KURIJA I BISKUPIJSKA VIJEĆA,

Uređenje biskupijske kurije i stvaranje pastoralnog vijeća

27. U biskupijskoj kuriji je od posebne važnosti služba generalnog vikara. Međutim, kad god to zahtijeva pravilna uprava biskupije, biskup može postaviti jednog ili više biskupskih vikara koji, po samom pravu, imaju u određenom dijelu biskupije, ili u nekoj vrsti poslova, ili među vjernicima stanovitog obreda onu vlast koju opće pravo daje generalnom vikaru.

Među biskupovim suradnicima u upravi biskupije treba spomenuti i one svećenike koji čine njegov senat ili savjet, kao što su katedralni kaptol, grupa savjetnika ili druga vijeća, već prema okolnostima ili značenju raznih mjesta. Neka se tim ustanovama, napose katedralnim kaptolima, dade koliko je potrebno novi oblik uređenja, koji će biti prilagođen potrebama današnjeg vremena.

Svećenici i laici koji spadaju u dijecezansku kuriju treba da znaju da oni pomažu u pastirskoj službi biskupa.

Biskupijska kurija neka se tako uredi da bude prikladno sredstvo biskupu ne samo za administraciju biskupije nego i za izvršavanje djela apostolata.

Vrlo je poželjno da se u svakoj biskupiji osnuje posebno pastoralno vijeće, kojemu neka bude na čelu sam dijecezanski biskup i u kojem neka sudjeluju posebno izabrani svećenici, redovnici i laici. Zadaća je toga vijeća da istražuje i ispituje sve što se odnosi na pastoralni rad te donosi o tome praktične zaključke,

3. DIJECEZANSKI KLER

Dijecezanski svećenici

28. Svi svećenici, dijecezanski kao i redovnički, dionici su s biskupom jednog Kristova svećeništva i s njime ga izvršavaju. I zato su postavljeni za brižljive suradnike biskupskog reda. U dušobrižničkom djelovanju prvo mjesto zauzimaju dijecezanski svećenici jer se oni —* inkardinirani ili pripojeni mjesnoj Crkvi" —• potpuno stavljaју

servitio plene sese devoveant ad unam dominici gregis portionem pascendam; quare unum constituunt presbyterium atque unam familiam, cuius pater est Episcopus. Qui, ut ministeria sacra inter sacerdotes suos aptius et aequius disponere valeat, necessaria libertate gaudere debet in officiis vel beneficiis conferendis, suppressis proinde iuribus seu privilegiis, quae eadem libertatem quoquo modo coarcent.

Necessitudines Episcopum inter et sacerdotes dioecesanos vinculis potissimum supernaturalis caritatis inniti debent, ita quidem ut sacerdotum voluntatis consociatio cum Episcopi voluntate pastorem eorumdem actionem reddat uberiores. Quare, ut animarum servitium magis magisque promoveatur, Episcopus sacerdotes ad colloquium, commune quoque, de re praesertim pastorali, vocare velit, non tantum data occasione, sed etiam, quantum fieri possit, stans temporibus.

Praeterea, omnes sacerdotes dioecesani uniti inter se sint ideoque boni spiritualis universae dioecesis sollicitudine urgeantur; insuper, memores bona, quae occasione officii ecclesiastici sibi comparant, cum munere sacro cohaerere, necessitatibus materialibus quoque dioecesis, iuxta Episcopi ordinationem, pro viribus liberaliter subveniant.

29. Proximiores Episcopi cooperatores sunt Uli etiam sacerdotes, quibus munus pastorale aut apostolatus opera indolis supraparochialis ab ipso committuntur, sive quoad determinatum dioecesis territorium, sive quoad speciales fidelium coetus, sive quoad peculiare actionis genus.

Eximiam quoque adiutricem operam praestant sacerdotes, quibus ab Episcopo diversa munera apostolatus, sive in scholis sive in aliis institutis aut associationibus, conceduntur. Etiam illi sacerdotes, qui operibus supradioecesanis sunt addicti, cum praedara apostolatus opera exercent, peculiari sollicitudini commendantur praesertim Episcopi in cuius dioecesi commorantur.

30. Praedpua autem ratione Episcopi cooperatores sunt parochi, quibus, tamquam pastoribus propriis^ animarum cura committitur in determinata dioecesis parte sub illius auctoritate.

1) In hac autem cura gerenda parochi, cum suis adiutoribus ita munus docendi, sanctificandi et regendi adimpleant, ut fideles atque communitates paroedales, tum dioecesis tum totius Ecclesiae universalis membra revera se sentiant. Quapropter, cum aliis parochis colla-

u njezinu službu da pasu jedan dio Gospodnjeg stada. Zbog toga oni čine jedan prezbiterij i jednu obitelj, kojoj je otac biskup. Da bi mogao što prikladnije i pravilnije podijeliti službe među svoje svećenike, biskup mora imati potrebnu slobodu pri podjeljivanju službi ili nadarbina. Zbog toga se dokidaju sva prava i povlastice koje tu slobodu bilo na koji način ograničavaju.

Odnosi između biskupa i dijecezanskih svećenika moraju se temeljiti u prvom redu na vezama nadnaravne ljubavi tako da skladnošću volje svećenika s voljom biskupa njihovo pastoralno djelovanje postane plodonosnije. Zbog toga, da bi se dušobrižnička služba što više unaprijedila, neka biskup poziva svećenike na razgovor pojedinačno a i zajedno s drugim svećenicima. Taj razgovor neka se odnosi posebno na pastoralna pitanja, a neka se vodi ne samo kad se za to pruži prilika nego — ukoliko je moguće — i u određenim vremenskim rokovima.

Osim toga, neka svi dijecezanski svećenici budu ujedinjeni među sobom i neka se osjećaju odgovornima za duhovno dobro čitave biskupije. Štoviše — imajući na pameti da su materijalna dobra što ih primaju prigodom vršenja svoje crkvene službe povezana s njihovom svetom službom — neka velikodušno i prema svojim mogućnostima potpomažu i u materijalnim potrebama biskupije i skladu s biskupovim odredbama.

Svećenici koji rade na djelima iznad župskog značenja

29. Među bliže biskupove suradnike spadaju i oni svećenici kojima on povjeri pastoralnu službu ili djela apostolata koja su iznad župskog značenja, kao što su djela na određenom teritoriju biskupije, ili među posebnim skupinama vjernika, ili neki posebni oblik djelovanja.

Vrlo važnu pomoć pružaju i oni svećenici kojima biskup povjeri različite službe apostolata, bilo u školama bilo u drugim ustanovama ili društvima. Konačno, i svećenici kojima su povjereni interdijecezanski poslovi — budući da izvršuju vrlo važna djela apostolata — zaslužuje osobitu pažnju osobito onog biskupa u čijoj biskupiji borave.

Župnici

30. Župnici su na poseban način biskupovi suradnici. Njima je pod biskupovim autoritetom ali kao vlastitim pastirima povjerena dušobrižnička služba u određenom dijelu biskupije.

1) U toj svojoj dušobrižničkoj djelatnosti neka župnici sa svojim pomoćnicima tako ispunjavaju svoju službu naučavanja, posvećivanja i upravljanja, da se vjernici i župske zajednice uistinu osjećaju članovima biskupije i opće Crkve. Neka stoga surađuju s ostalim žup-

borent necnon .cum sacerdotibus, qui munus pastorale in territorio exercent (uti sunt e. g. Vicarii Foranei, Decani), vel operibus indolis supraparoecialis sunt addicti, ut cura pastoralis in dioecesi unitate non careat atque efficacior reddatur.

Praeterea cura animarum spiritu missionali semper informetur, ita ut ad omnes in paroecia degentes, debito modo, se extendat. Quodsi parochi quosdam personarum coetus attingere nequeant, alios, etiam laicos, in proprium adiutorium vocent, qui sibi auxilium praestent in iis quae ad apostolatam speant.

Ad eandem vero animarum curam efficacioram reddendam, vita communis sacerdotum, praesertim eidem paroeciae addictorum, enixe commendatur, quae, dum actionem apostolicam fovet, caritatis et unitatis exemplum fidelibus praebet.

2) In exsequendo munere magisterii, parochorum est: verbum Dei praedicare omnibus christifidelibus, ut hi in fide, spe et caritate radicati, in Christo crescant et communitas christiana illud testimonium caritatis leddat, quod Dominus commendavit;¹⁷ itemque catechetica instructione fideles ad plenam mysterii salutis cognitionem ducere, unicuique aetati accommodatam. Ad hanc autem instructionem tradendam non solum religiosorum auxilium quaerant, sed etiam laicorum cooperationem, erecta quoque Confraternitate Doctrinae Christianae.

In perficiendo opere sanetificationis, curent parochi ut celebratio Eucharistici Sacrificii centrum sit et culmen totius vitae communitatis christianae; itemque adlaborent ut fideles spiritu pabulo pascantur per devotam et frequentem Sacramentorum receptionem atque per consciam et actuosam in Liturgia participationem. Meminerint etiam parochi quam maxime sacramentum Poenitentiae ad vitam christianam fovendam conferre; quare faciles se praebeant ad fidelium confessiones audiendas, advocatis ad hoc, si opus fuerit, aliis etiam sacerdotibus, qui varias linguas calleant.

In officio pastoris adimplendo, imprimis curent parochi proprium gregem cognoscere. Cum autem omnium ovium sint ministri, vitae christianae inerementum foveant tum in singulis fidelibus, tum in familiis, tum in associationibus praesertim apostolatu addictis, tum in universa communitate paroeciali. Domos igitur et scholas visitent, prout pastorale munus id exigat; adolescentibus et iuvenibus studiose prospiciant; pauperes et infirmos paterna caritate prosequantur; peculiarem denique curam de opificibus • habeant atque adlaborent ut fideles operibus apostolatus auxilium praestent.

3) Vicarii paroeciales tamquam parochi cooperatores, praestantem et actuosam operam quotidie impendunt in ministerio pastorali sub parochi auctoritate exercendo. Quare inter paroehum eiusque vicarios fraterna habeatur conversatio, mutua caritas et reverentia sem-

nicima li sa svećenicima koji obavljaju pastoralnu službu na tom području (kao što su na primjer dekani) ili s onima koji se bave djelima iznadžupskog značenja, da bi tako dušobrižništvo u biskupiji: bilo jedinstveno i što uspješnije.

Osim toga neka dušobrižništvo ; uvijek bude prožeto misijskim duhom, tako da se na prikladan način proteže na sve koji borave u župi. Ako župnici ne mogu svojim djelovanjem zahvatiti neke skupine osoba, neka pozovu sebi u pomoć druge, pa i laike, da im pomognu u apbstolatu.

A da bi dušobrižnička služba bila što uspješnija, toplo se preporuča zajednički život svećenika, osobito onih koji rade u istoj župi; Takav život pospješuje apostolsko djelovanje i vjernicima pruža primjer ljubavi i jedinstva.

2) Da bi ispunili svoju učiteljsku službu, župnici treda da propovijedaju riječ Božju svima vjernicima, da oni — ukorijenjeni u vjeri, ufanju i ljubavi — rastu u Kristu i da kršćanska zajednica pruži ono svjedočanstvo ljubavi koje je Gospodin preporučio,^{1*} Isto su tako dužni da katehetskom poukom vode vjernike k punom poznavanju misterija spasenja kako to odgovara dobi svakog pojedinca. A za to poučavanje neka potraže ne samo pomoć redovnika nego i suradnju laika osnivajući bratovštine kršćanskog nauka.

Pri ispunjavanju svoje službe posvećivanja neka župnici nastoje da svetkovanje euharistijske žrtve bude središte i vrhunac svega života kršćanske zajednice. Isto tako neka se trude da vjernicima pruže duhovnu hranu potičući ih da pobožno i često primaju sakramente te da svjesno i aktivno sudjeluju u liturgiji. Meka župnici imaju na pameti i to da je sakrament pokore od velike važnosti za napredak kršćanskog života. Zbog toga neka uvijek budu pripravni da saslušaju ispovijedi vjernika i neka za to, bude li potrebno, pozovu druge svećenike koji znaju više različitih jezika.

U ispunjavanju pastirske službe neka župnici prije svega nastoje da upoznaju svoje stado. A kako su oni službenici svih ovaca, neka nastoje oko porasta kršćanskog života i kod pojedinih vjernika, i u obiteljima i u čitavoj Župskoj zajednici. Neka stoga posjećuju kuće i škole, kako to zahtijeva pastirska služba; neka se brižno zanimaju za djecu i mladež; siromahe i bolesnike neka susreću očinskom ljubavlju. Konačno, posebnu brigu neka posvećuju radnicima i neka porade oko toga da vjernici pruže svoj udio u djelima apostolata.

j) Župski vikari (kapelani) kao župnikovi suradnici danonice pridonose značajnu i djelotvornu pomoć pastoralnoj službi, koju treba da izvršuju pod autoritetom župnika; Stoga treba da između župnika i njegovih vikara vladaju bratski odnosi, međusobna ljubav i pošto-

per vigeat iidemque consiliis, auxilio et exemplo sese invicem adiuvent, paroeciali curae concordi voluntate communique studio providentes.

31. In iudicio efformando de sacerdotis idoneitate ad aliquam paroeciam regendam, Episcopus rationem habeat, non solum de illius doctrina, sed etiam de pietate, zelo apostolico, ceterisque dotibus ac qualitatibus, quae ad curam animarum rite exercendam requiruntur.

Praeterea cum muneris paroecialis tota ratio sit bonum animarum, quo facilius et aptius Episcopus ad provisionem paroeciarum procedere valeat, suppressantur, salvo iure Religiosorum, quaelibet iura praesentationis, nominationis vel reservationis, necnon, ubi existat, lex concursus, sive generalis sive particularis. Parochi vero in sua quisque paroecia ea gaudeant stabilitate in officio, quam animarum bonum requirat. Quare, abrogata distinctione inter parochos amovibiles et inamovibiles, recognoscatur et simplicior reddatur modus procedendi in translatione et amotione parochorum, quo Episcopus, servata quidem naturali et canonica aequitate, aptius necessitatibus boni animarum providere possit.

Parochi autem, qui ob ingravescentem aetatem aliamve gravem causam, ab officio rite et fructuose adimplendo impediuntur, enixe rogantur ut sua ipsi sponte, aut ab Episcopo invitati, officii renuntiationem faciant. Episcopus renuntiantibus congruam sustentationem provideat.

32. Eadem denique salus animarum causa sit, qua determinehtur aut recognoscantur paroeciarum erectiones aut suppressiones, aliaeve huiusmodi innovationes, quas quidem Episcopus propria auctoritate peragere poterit.

4) Religiosi

7. Ustanove, koje su usmjerene samo na kontemplaciju, tako da se njihovi članovi u samoći i šutnji, u neprestanoj molitvi i radosnoj pokori bave samo Bogom, uvijek u mističnom tijelu Kristovu,, u kojem »svi udovi nemaju iste službe« (Rim 12, 4), zauzimaju istaknut položaj, ma koliko bila velika potreba aktivnog apostolata. Oni prinose Bogu izvrsnu žrtvu hvale, a narod Božji rasvjetljuju bogatim plodovima svetosti, primjerom ga potiču i otajstvenom apostolskom plodnošću promiču njegov porast. Tako su oni ures Crkve i izvor nebeskih milosti. No neka se i njihov način života preispita prema spomenutim načelima i mjerilima prilagođene obnove, ali ipak tako da se svom pomnjom sačuva njihova odvojenost od svijeta i vježbe svojstvene kontemplativnom životu.

8. Permulta sunt in Ecclesia instituta, vel clericalia vel laicalia, variis apostolatus operibus dedita, quae donationes habent secundum gratiam quae data est eis, differentes: sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui miseretur in hilaritate (cf. Rom. 12. 5-8). »Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus« (1 Cor. 12, 4). In istis institutis, ad ipsam naturam vitae religiosae pertinet actio apostolica et benefica utpote sanctum ministerium et opus caritatis proprium ab Ecclesia ipsis commissum eiusque nomine exercendum. Proinde tota vita religiosa sodalium spiritu apostolico imbuatur, tata vero actio apostolica religioso spiritu informetur. Ut igitur sodales vocationi suae ad Christum sequendum imprimis respondeant, ac ipsi Christo in Eius membris deserviant actio eorum apostolica ex intima cum Ipso unione procedat oportet. Inde fit ut caritas ipsa erga Deum et proximum foveatur.

Quapropter instituta illa observantias suas atque usus cum requisitis apostolatus, cui dedicantur, apte componant. Cum autem vita religiosa apostolicis operibus dedita formas multiplices induat, necesse est ut accommodata eius renovatio huiusmodi diversitatis rationem habeat, atque ut apud varia instituta sodalium vita in servitium Christi propriis eorum congruisque mediis sustentetur.

9. Fideliter servetur atque magis in dies elucescat in suo germano spiritu tum in Oriente tum in Occidente venerabile vitae monasticae institutum, quod praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana consortione sibi acquisivit. Monachorum praecipuum officium est divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare intra septa monasterii, sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint. Servata igitur indole propriae institutionis, antiquas beneficas traditiones renovent easque hodiernis animarum necessitatibus ita accommodent ut monasteria veluti seminaria sint aedificationis populi christiani.

Item religiones quae ex regula vel instituto vitam apostolicam intime coisociant offido choralis observantiisque monasticis, ita rationem vivehdi cum apostolatus sibi convenientis exigentiis componant ut suam formam vitae fideliter servent utpote quae eximio Ecclesiae bono cedat.

10. Vita religiosa laicalis, tam pro viris quam pro mulieribus, statim in se completum professionis consiliorum evangelicorum constituit.

Ustanove posvećene apostolskom životu

8. U Crkvi ima vrlo mnogo redovničkih, i kleričkih i laičkih, ustanova koje se posvećuju različitim djelima apostolata. Prema milosti koja im je dana, one imaju različite darove: dar posluživanja, da služe; dar poučavanja, da poučavaju; dar rješavanja, da tješe; dar dijeljenja, da daju darežljivo; dar djela milosrđa, da ga čine radosno (usp. Rim 12, 5-8). »Milosni su darovi različiti, ali je isti Duh (1 Kor 12, 4).«

U tim ustanovama apostolska i dobrotvorna djelatnost spada na samu narav redovničkog života, jer im je to njihovo sveto služenje i djelo ljubavi povjerila sama Crkva, da ga u njezino ime izvršuju. Stoga treba da cjelokupni redovnički život članova bude prožet apostolskim duhom, a sva apostolska djelatnost oblikovana redovničkim duhom. Zato da članovi u prvom redu odgovore svom pozivu — to jest da nasljeđuju Krista i služe samome Kristu u njegovim udovima — njihova apostolska djelatnost treba da proizlazi iz intimnog jedinstva s njim. Odatle raste i ljubav prema Bogu i bližnjemu.

Neka zato ustanove zgodno usklade svoja opsluživanja i običaje sa zahtjevima apostolata kojemu se posvećuju. A budući da redovnički život, posvećen apostolskoj djelatnosti, ima raznovrsne oblike, potrebno je da se kod prilagođene obnove računa s tim raznolikostima i da se život članova u službi Kristovoj podržava u različitim ustanovama sredstvima njima svojstvenim i primjerenim.

Treba sačuvati monaški i samostanski život

9. Neka se i na Istoku i na Zapadu vjerno čuva i neka se dano mice sve više u svom izvornom duhu razvija časna ustanova monaškog života, koja je kroz dugi tijek vjekova stekla slavne zasluge u Crkvi i ljudskom društvu. Glavna je služba monaha da unutar samo stanskih zidova vrše poniznu i plemenitu službu božanskom Veličanstvu, bilo da se u skrovitom životu sasvim posvećuju bogoštovlju, bilo da su zakonito preuzeli neka djela apostolata ili kršćanske ljubavi. Čuvajući, dakle, narav vlastite ustanove neka obnove stare dobre tradicije i neka ih tako prilagode današnjim potrebama duša da samo stani budu rasadišta za izgradnju kršćanskog naroda.

Isto tako redovi koji na temelju pravila ili svoga ustrojstva tijesno združuju apostolski život s korskom službom i monaškim opsluživanjem, neka tako usklade način života sa zahtjevanom apostolata koji im je svojstven da vjerno sačuvaju svoj oblik života, jer i on pridonosi osobitom dobru Crkve.

Laički redovnički život

10. Laički redovnički život, i muški i ženski, predstavljaju u sebi potpun stalež zavjetovanja evanđeoskih savjeta. I budući da je tako

Quapropter illam, muneri pastorali Ecclesiae in erudienda iuventute, in aegrotis curandis aliisque ministeriis explendis tam ut Uem, Sacra Synodus magni faciens, sodales in sua vocatione confirmat eosque ut hodiernis exigentiis vitam suam accommodent hortatur.

Sacra Synodus declarat nihil obstare quominus in religionibus Fratrum, firma manente earum indole laicali, ex dispositione Capituli generalis, ad subveniendum necessitatibus ministerii sacerdotalis in suis domibus, aliqui sodales sacris Ordinibus initientur.

11. Instituta saecularia, quamvis non sint instituta religiosa, veram tamen et completam consiliorum evangelicorum professionem in saeculo ab Ecclesia recognitam secumferunt. Quae professio viris ac mulieribus, laicis et clericis in saeculo degentibus, consecrationem confert. Proinde iidem totalem suipsius Deo dedicationem in caritate perfecta praecipue intendant et ipsa instituta propriam ac peculiarem indolem, saecularem scilicet, servent ut apostolatam in saeculo ac veluti ex saeculo, ad quem exercendum orta sunt, efficaciter et ubique adimplere valeant.

Probe tamen sciant se tantum munus obire non posse, nisi sodales accurate in rebus divinis et humanis ita instituantur, ut revera fermentum sint in mundo ad robur et incrementum Corporis Christi. Moderatores ergo serio curent de institutione praesertim spirituali sodalibus impertienda necnon de ulteriore formatione promovenda.

12. Castitas »propter regnum caelorum« (Mt., 19, 12), quam religiosi profitentur, tamquam eximium gratiae donum aestimanda est. *Cot* enim hominis singulari modo liberat (cf. 1 Cor. 7, 32-35), ut magis accendatur caritate erga Deum et homines universos, ideoque est peculiare signum bonorum caelestium necnon medium aptissimum quo religiosi alacriter servitio divino operibusque apostolatus sese dedicent. Sic ipsi coram omnibus Christifidelibus mirabile illud evocant connubium a Deo conditum, et in futuro saeculo plene manifestandum quo Ecclesia unicum sponsum Christum habet.

Oportet ergo ut religiosi, professionem suam fideliter servare studentes, verbis Domini credant et, Deo confisi, de propriis viribus ne praesumant, mortificationem seorsumque custodiam adhibeant. Media quoque naturalia ne omittant, quae mentis et corporis sanitati favent. Ita fit ut falsis doctrinis, quae continentiam, perfectam tamquam impossibilem vel humano profectui nocivam ostendant, non moveantur, et omnia quae castitatem in periculum deducunt, instinctu quodam spirituali, respuant. Meminerint insuper

koristan za pastirsku zadaću Crkve u odgoju mladeži, u dvorbi bolesnika i u drugim vrstama služenja, Sveti Sabor ga vrlo cijeni a njegove članove utvrđuje u njihovu zvanju i potiče da prilagode svoj život suvremenim potrebama.

Sveti Sabor izjavljuje da nema zapreke te neki članovi laičkih redova, a da im se time ne mijenja njihov laički značaj, po odluci svojih generalnih kapitula prime svete redove, da bi se u njihovim kućama osigurala potrebna-svećenička služba.

Svjetovne ustanove

11. Svjetovne ustanove, iako nisu redovničke, ipak imaju značaj pravog i potpunog po Crkvi odobrenog zavjetovanja evanđeoskih savjeta u svijetu. To zavjetovanje daje posebno posvećenje muškarcima i ženama, laicima i klericima koji se nalaze u svijetu. Stoga neka svi oni osobito nastoje oko posvemašnjeg predanja samog sebe službi Božjoj po savršenoj ljubavi, a njihove ustanove neka čuvaju svoju vlastitu i posebnu narav, to jest svjetovnu, da bi tako uspješno i svagdje — u svijetu i kao iz svijeta — mogli provoditi apostolat, radi čega su i osnovani.

Neka pak dobro znadu da takav zadatak neće moći izvršiti ako članovi ne budu brižljivo poučeni u božanskim i ljudskim stvarima, kako bi doista postali kvascem svijeta za jačanje i porast tijela Kristova. Neka se, dakle, poglavari ozbiljno brinu, da se članovima dadne izobrazba, osobito duhovna, koju treba daljnjim obrazovanjem unapređivati.

Čistoća

12. Treba cijeliti kao izvanredan dar milosti čistoću »radi kraljevstva nebeskoga« (Mt 19, 12), koju zavjetuju redovnici. Ona na poseban način oslobađa čovjekovo srce (usp. 1 Kor 7, 32-35), da se rasplamsa većom ljubavlju prema Bogu i svim ljudima. Zato je ona osobit znak nebeskih dobara i najprikladnije sredstvo po kojem se redovnici nesebično posvećuju božanskoj službi i djelima apostolata. Tako oni svim vjernicima dozivaju u pamet onu divnu, po Bogu zasnovanu ženidbu koja će se potpuno očitovati istom u budućem životu a po kojoj Crkva ima jedinoga Zaručnika — Krista.

Treba, dakle, da redovnici vjerno čuvajući svoj zavjet vjeruju riječima Gospodnjim; ufajući se u Božju pomoć neka se ne uzdaju u svoje sile, nego neka se mrtve i neka bdiju nad svojim osjetilima. Neka ne propuštaju ni naravna sredstva koja koriste zdravlju duše i tijela. Tako se neće dogoditi da podlegnu utjecaju lažnih naučavanja koja hoće da je potpuna uzdržljivost nemoguća i čovječjem razvitku škodljiva, nego će po nekom duhovnom nagonu odbaciti sve što čistoću dovodi u opasnost. Osim toga, neka imaju na pameti svi, a

omnes, praesertim Superiores, castitatem securius servari cum iher sodales vera dilectio fraterna in vita communi viget. Cum observantia continentiae perfectae profundiores naturae humanae indinationes intime attingat, candidati ad professionem castitatis ne accedant neve admittantur, nisi post probationem vere sufficientem -et cum debita maturitate psychologica et affectiva. Ipsi non solum de periculis castitati occurrentibus moneantur, sed ita instruantur ut coelibatum Deo dicatum etiam in bonum integrae personae assumant.

13. Paupertas voluntaria propter Christi sequelam cuius est signum praesertim hodie multum aestimatum, a religiosis diligenter excolatur atque, si opus sit, novis etiam formis exprimatur. Per eam participatur paupertas Christi, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia nos divites essemus (cf. 2 Cor. 8, 9; Mt. 8, 20).

Ad paupertatem autem religiosam quod attinet, haud sufficit in usu bonorum Superioribus subiici, sed oportet ut sodales re et spiritu sint pauperes, thesauros in caelo habentes (cf. Mt. 6, 20).

In suo quisque officio communi legi laboris se sentiant obnoxios, atque, dum ita res victui operibusque eorum necessariae comparantur, omnem indebitam sollicitudinem proiciant et Patris caelestis Providentiae sese committant (cf. Mt. 6, 25).

Congregationes religiosae suis constitutionibus permittere possunt ut sodales bonis patrimonialibus acquisitis vel acquirendis renuntient.

Instituta ipsa, ratione habita' singulorum locorum, testimonium paupertatis quasi collectivum reddere satagant et libenter ex propriis bonis aliquid conferant ad alias Ecclesiae necessitates et egenorum sustentationem, quos religiosi omnes in visceribus Christi diligunt (cf. Mt. 19, 21; 25, 34-46; Iac. 2, 15-16; 1 Io. 3, 17). Institutorum provinciae ac domus aliae cum aliis in bonis temporalibus communicent, ita ut illae quae plus habent alias adiuvent quae egestatem patiuntur.

Quamvis instituta, salvis regulis et constitutionibus, ius habeant possidendi omnia necessaria ad vitam temporalem et opera, omnem tamen speciem luxus, immoderati lucri ac bonorum cumulationis vitent.

14. Religiosi per professionem obedientiae plenam propriae voluntatis dedicationem veluti sacrificium sui Deo offerunt, et per illud

osobito poglavari, da se čistoća sigurnije čuva kad među članovima u zajedničkom životu vlada prava bratska ljubav.

Budući da opsluživanje savršene uzdržljivosti duboko zasijeca u sklonosti ljudske naravi, neka pripravnici polažu zavjet čistoće i neka im se zavjetovanje dopušta istom nakon uistinu dovoljne kušnje i samo ako imaju potrebnu duševnu i osjećajnu zrelost. Nije dosta upozoriti ih samo na opasnosti kojima je izložena čistoća, nego ih treba poučiti da Bogu posvećen celibat prihvate i kao dobro za razvoj cjelovite osobe.

Siromaštvo

13. Dragovoljno siromaštvo poradi nasljedovanja Krista — jer je ono njegov znak, a danas se osobito cijeni — neka redovnici brižljivo njeguju i, ako je potrebno, neka ga izraze u novim oblicima. Po njemu učestvuju u Kristovu siromaštvu, koji radi nas, iako je bio bogat, postade siromašan, da se njegovim siromaštvom mi obogaćimo (2 Kor 8, 9; Mt 8, 20).

U redovničkom siromaštvu nije dosta samo to da netko u upotrebi dobara bude ovisan o poglavarima, nego je potrebno da članovi budu siromašni i stvarno i u duhu, imajući svoje blago na nebu (usp. Mt 6, 20).

Neka se svi u svojoj službi osjećaju obvezanima zajedničkim zakonom rada; dok tako pribavljaju sebi sredstva potrebna za život i svoje djelovanje, treba da odbace svaku pretjeranu brigu, povjeravajući se providnosti nebeskog Oca (Mt 6, 25).

Redovničke družbe mogu dopustiti u svojim konstitucijama da se članovi odreknu baštinskih dobara bilo već stečenih ili onih koje bi mogli steći.

Same redovničke ustanove, primjereno prilikama t^h jedinih mjesta, neka nastoje dati kolektivno svjedočanstvo siromaštva i neka od vlastitih dobara rado nešto pridonose za druge potrebe Crkve i za uzdržavanje siromaha, koje svi redovnici moraju ljubiti srcem Kristovim (usp. Mt 19, 21; 25, 34-46; Jk 2, 15-16; 1 Iv 3, 17).

Neka provincije i kuće pojedinih ustanova jedne s drugima uzajamno dijele svoja vremenita dobra tako da one koje imaju više pomažu drugima koje trpe oskudicu.

Iako ustanove, obazirući se na pravilo i konstitucije, imaju pravo posjedovati sve potrebno za vremeniti život i djelovanje, neka ipak izbjegavaju svaku, pa-4 prividnu raskoš, neumjereni dobitak i gomilanje dobara.

Poslušnost

14. Po zavjetu poslušnosti redovnici prinose Bogu kao žrtvu sa mih sebe potpuno posvećenje vlastite volje i time se stalnije i sigur-

constantius et securius divinae voluntati salvificae uniuntur. Inde ed exemplum Iesu Christi, qui venit ut faceret voluntatem Patris (cf. Io. 4, 34; 5, 30; Hebr. 10, 7; Ps. 39, 9), et »formam servi accipiens« (Phil. 2, 7) ex iis, quae passus est, didicit oboedientiam (cf. Hebr. 5, 8), religiosi, Spiritu Sancto movente, Superioribus, vices Dei gerentibus, in fide sese subiiciunt et per eos ad omnium in Christo fratrum ministerium ducuntur, sicut ipse Christus ob suam erga Patrem submissionem fratribus ministravit et animam suam posuit redemptionem pro multis (cf. Mt. 20, 28; Io. 10, 14-18). Ita, Ecclesiae servitio arctius devinciuntur et in mensuram aetatis plenitudinis Christi (cf. Eph. 4, 13) pervenire contendunt.

Sodales ergo in spiritu fidei et amoris erga Dei voluntatem Superioribus suis ad normam regulae et constitutionum humile praestent obsequium, vires intelligentiae et voluntatis necnon naturae et gratiae dona in praeceptorum executione et in expletione munerum sibi commissorum conferendo, scientes se ad aedificationem Corporis Christi secundum Dei propositum operam praestare. Sic oboedientia religiosa, rursus dignitatem personae humanae minuit, illam, ampliata libertate filiorum Dei, ad maturitatem adducit.

Superiores verb, rationem pro animabus sibi commissis reddituri (cf. Hebr. 13, 17), voluntati Dei in munere explendo dociles, in spiritu servitii pro fratribus auctoritatem exercent, ita ut caritatem qua Deus illos diligit exprimant. Subditos regant qua filios Dei et cum respectu personae humanae, illorum voluntariam subiectionem promoventes. Ideoque speciatim debitam eis libertatem relinquunt quoad poenitentiae sacramentum et conscientiae moderamen. Sodales eorum perducant ut in muneribus obeundis et in inceptis suscipiendis activa atque responsabili oboedientia cooperentur. Itaque Superiores libenter sodales, audiant necnon eorum conspirationem ad bonum instituti et Ecclesiae praeoveant, firma tamen sua auctoritate decernendi et praecipendi quae agenda sunt.

Capitula et consilia fideliter munus sibi commissum in regimine expleant, atque suo quaeque modo sodalium omnium pro bono totius communitatis participationem et curam exprimant.

15. Vita in communi agenda, ad exemplum primaevae Ecclesiae in qua multitudo credentium erat cor unum et anima una (cf. Act. 4, 32), evangelica doctrina, Sacra Liturgia et praesertim Eucharistia refecta, in oratione et communione eiusdem spiritus perseveret (cf. Act. 2, 42). Religiosi, ut membra Christi, in fraterna conversatione honore se invicem praeveniant (cf. Rom. 12, 10), alter alterius onera portantes (cf. Gal. 6, 2). Caritate enim Dei in cordibus per Spiritum Sanctum diffusa (cf. Rom. 5, 5), communitas ut vera familia, in

nije sjedinjuju s božanskom spasiteljskom voljom. Zato — po primjeru Isusa Krista, koji je došao da vrši volju Očevu (usp. Iv 4, 34; 5, 30; Heb 10, 7; Ps 39, 9) te se »uzevši oblik sluge« (Kl 2, 7) po mucu naučio pokornosti (usp. Heb 5, 8) — redovnici se na poticaj Duha Svetoga u duhu vjere pokoravaju poglavarima, koji zamjenjuju Boga. Time se pod njihovim vodstvom stavljaju u službu svojoj braći u Kristu, kao što je i sam Krist, po svojoj pokornosti Ocu, poslužio braći i život svoj dao kao otkupninu za mnoge (usp. Mt 20, 28; Iv 10, 14-18). Tako se tješnjom vezom uključuju u službu Crkvi i nastoje doseći mjeru dobi punine Kristove (usp. Ef 4, 13).

Neka dakle članovi, u duhu vjere i ljubavi prema volji Božjoj, iskazuju dužnu poslušnost svojim poglavarima, kako propisuju pravilo i konstitucije. Neka ulažu snage razuma i volje, darove naravi i milosti u izvršenje zapovijedi i u ispunjavanje dužnosti koje su im povjerene, znajući da prema planu Božjem sudjeluju u izgradnji tijela Kristova. Tako redovnička poslušnost nipošto ne umanjuje dostojanstvo ljudske osobe, nego je, povećanom slobodom djece Božje, dovodi do zrelosti.

Poglavari opet, jer će polagati račun za povjerene im duše (usp. Heb 13, 17), neka u ispunjavanju svoje dužnosti budu poučljivi volji Božjoj i neka izvršavaju vlast u duhu služenja braći, da im tako očituju ljubav kojom ih Bog ljubi. Neka upravljaju podložnicima kao sinovima Božjim, poštujući ljudsku osobu i promičući njihovo dragovoljno podvrgavanje. Stoga neka im osobito ostave potrebnu slobodu s obzirom na sakrament pokore i vodstvo savjesti. Neka svoje članove dovedu do toga da u izvršavanju dužnosti i u preuzimanju pothvata sudjeluju svojom aktivnom i odgovornom poslušnošću. Stoga neka poglavari — premda im uvijek ostaje netaknuta vlast odlučiti i zapovjediti ono što treba da se uradi — rado saslušaju svoje članove i neka im omoguće da pruže svoju udruženu suradnju za dobro svoje ustanove i Crkve.

Kapituli i savjetodavna tijela neka vjerno izvršuju povjeren im zadatak u upravljanju i neka u njima na svoj način dođe do izražaja sudjelovanje i briga svih članova za dobro cijele zajednice.

Zajednički život

15. Po primjeru prve Crkve, u kojoj je mnoštvo vjernika bilo jednog srca i jedne duše (usp. Dj 4, 32), neka se u molitvi i jedno-dušnoj zajednici (usp. Dj 2, 42) ustrajno njeguje zajednički život hranjen evanđeoskom naukom, liturgijom, a osobito euharistijom. Neka redovnici kao Kristovi udovi u bratskom saobraćaju jedan drugoga s poštovanjem pretječu (usp. Rim 12, 10), noseći bremena jedan drugoga (usp. Gal 6, 2). Ljubavlju Božjom; koja je po Duhu Svetom razlivena u srcima (usp. Rim 5, 5), zajednica kao prava obitelj,

nomine Domini congregata, Eius praesentia gaudet (cf. Mt. 18, 20). Caritas.. autem plenitudo legis est (cf. Rom. 13, 10) ac vinculum perfectionis (cf. Col. 3, 14), eaque scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam (cf. 1 Io. 3, 14). Immo fratrum unitas Christi adventum manifestat (cf. Io. 13, 35; 17, 21) magnaue virtus apostollica ex ea manat. Ut autem inter sodales intimius sit vinculum fraternitatis, Uli qui conversi, cooperatores vel alio nomine vocantur, vitae et communitatis operibus arcte coniungantur. Nisi rerum adiuncta aliud vere suadeant, curandum est ut in institutis mulierum ad unum genus sororum perveniatur. Tunc illa personarum tantum retineatur diversitas, quam diversorum operum distincto exigit ad quae sorores vel speciali Dei vocatione vel speciali aptitudine destinentur.

Virorum autem monasteria et instituta non mere laicalia pro indole sua clericos et laicos, ad normam constitutionum, admittere possunt, pari ratione paribusque iuribus et obligationibus, salvis iis quae ex ordine sacro proveniunt.

16. Clausura papalis pro monialibus vitae unice contemplativae firma maneat sed iuxta temporum locorumque condiciones, iisque usibus sublatis qui obsoleti sint, accommodetur, auditis ipsorum monasteriorum' votis.

Aliae vero moniales operibus externis apostolatus ex instituto deditae a clausura papali eximantur, ut concredita sibi munera apostolatus melius adimplere valeant, servata tamen clausura ad normam constitutionum.

17. Habitus religiosus, utpote signum~ consecrationis, sit simplex ac modestus, pauper simul et decens, insuper valetudinis requisitis consentaneus et temporum locorumque adiunctis necnon ministerii necessitatibus accommodatus. Habitus autem tam virorum quam mulierum, qui iis normis non congruit, immutandus est.

Institutorum accommodata renovatio a sodalium institutione maxime pendet. Ideo et ipsi sodales non clerici ac religiosae apostolatus operibus immediate post noviciatum ne destinentur, sed eorum institutio religiosa et apostolica, doctrinalis et technica, titulis etiam congruentibus pbtentis, in aptis domibus convenienter protrahatur.

sabrana u Božje ime, uživa njegovu nazočnost (usp. Mt 18, 20)= A ljubav je punina zakona (usp. Rim 13, 10), i veza savršenstva (usp. Kol 3, 14); po njoj znamo da smo preneseni iz smrti u život (usp. 1 Iv 3, 12). Štoviše, jedinstvo braće očituje Kristov dolazak (usp. Iv 13, 35; 17, 21) i iz njega izvire velika apostolska snaga.

A da među članovima bude što dublja veza bratstva, treba one koji se zovu konverzi, pomoćnici ili kojim drugim imenom, čvršće povezati sa životom i djelovanjem zajednice. Ako stvarne okolnosti doista drugačije ne iziskuju, treba se pobrinuti da se u ženskim ustanovama uvede jednovrsnost među sestrama. Zadržat će se samo ona razlika među osobama koju zahtijevaju različiti poslovi za koje su sestre određene posebnim Božjim pozivom ili posebnom prikladnošću.

Muški samostani i ustanove koje nisu čisto laičke, mogu prema svojoj naravi i prema konstitucijama podjednako primati klerike i laike s jednakim pravima i dužnostima, osim u onom što proizlazi iz svetog reda,

Klauzura redovnica

16. Papinska klauzura neka ostane na snazi za redovnice koje se posvećuju samo kontemplativnom životu, ali — pošto se sasluša želja njihovih samostana -f- neka bude usklađena s prilikama mjesta i vremena, a zastarjeli običaji neka se dokinu.

Druge redovnice, koje se prema Pravilu bave vanjskim djelima apostolata, neka se izuzmu od papinske klauzure, kako bi mogle bolje ispuniti povjerene dužnosti apostolata, sačuvavši ipak klauzuru koju propisuju njihove konstitucije.

Redovničko odijelo

17. Redovničko odijelo, jer je znak posvećenja, neka bude jedno stavno i čedno, istovremeno siromašno i dolično; neka odgovara zahtjevima zdravlja i prilikama vremena i mjesta i neka bude prilagođeno potrebama službe. Neke se zato promijeni odijelo i muških i ženskih redova koje nije u skladu s propisima.

Odgov članova

18. Prilagođena obnova ustanova najviše ovisi o odgoju članova. Stoga¹ neka se ni oni članovi koji nisu klerici, a ni redovnice, ne određuju odmah poslije novicijata za apostolsku djelatnost; njihovo redovničko i apostolsko,* teoretsko i tehničko obrazovanje neka se nastavi u kućama za to podesnima; neka im se dade prilika da postignu odgovarajuća osposobi jenja.

Ne vero vitae religiosae ad nostri temporis exigentias adaptatio sit raere externa, neve illi qui externo apostolatu ex instituto vacanti muneri suo implendo impares inveniuntur, iuxta cuiusque intellectua-lem dotem et personalem indolem, de vigentibus hodiernae vitae socialis moribus rationibusque sentiendi et cogitandi, congruenter instruantur. Institutio per harmonicam elementorum suorum fusionem, ita peragatur ut ad unitatem vitae sodalium conferat.

Per totam autem vitam sodales intendant hanc culturam spiri-tualem, doctrinalem et technicam sedulo perficere, et Superiores, pro viribus, opportunitatem, adiumenta et tempus ad hoc eis procurent.

Officium quoque est Superiorum curare ut Moderatores, Magistri spiritus et Professores optime seligantur et sedulo praeparentur.

19. In novis institutis condendis, necessitas vel saltem magna utilitas necnon inerementi possibilitas serio ponderandae sunt, ne ineaute oriantur instituta inutilia aut sufficienti vigore non praedita. Pecuniari ratione in novellis Ecclesiis formae vitae religiosae promo-veantur et excolantur quae indolis morumque incolarum necnon loci consuetudinum et condicionum rationem habeant.

20. Instituta, opera propria fideliter retineant et adimpleant atque, attenta utilitate universae Ecclesiae et dioecesium, temporum locorum necessitatibus ea accommodent, opportunis ac etiam novis mediis adhibitis, illis autem relietis operibus, quae instituti spiritui et germanae indoli hodie minus sint consentanea.

Spiritus missionalis in institutis religiosis omnino servetur et pro cuiusque eorum indole aptetur condicionibus hodiernis, ita ut praedi-catio Evangelii apud omnes geutes efficacior fiat.

21. Instituta vero et monasteria quae, auditis Ordinariis locorum quorum intersit, iudicio Sanctae Sedis non praebeant fundatam spem ut ulterius floreat, prohibeantur ne in postenim novicios recipiant et, si fieri possit, alii instituto vel monasterio vegetiori, quod fine et spiritu haud multum differat, uniantur.

Da ne bi prilagođivanje redovničkog života potrebama našega vremena bilo samo izvanjsko i da ne bi oni, koji se prema ustrojstvu svoje ustanove posvećuju izvanjskom apostolatu bili nesposobni za izvršenje svoga zadatka, treba ih prema intelektualnoj nadarenosti i osobnoj sklonosti primjereno poučiti o shvaćanjima i načinu osjećanja i mišljenja današnjeg društvenog života. Odgoj neka bude takav da se svi njegovi elementi skladno slijevaju te pridonose životnom jedinstvu svih članova.

Neka članovi nastoje tijekom cijelog života marljivo usavršavati tu duhovnu, teoretsku i tehničku kulturu, a poglavari neka im prema mogućnostima dadu za to priliku, pomagala i potrebno vrijeme.

Dužnost je također poglavara da se brinu kako bi se što bolje odabrali i pomno pripremili budući poglavari, duhovnici i profesori.

Osnivanje novih redovničkih ustanova

19. Kad se osnivaju nove ustanove, treba ozbiljno procijeniti da li su potrebne ili barem vrlo korisne i da H imaju mogućnost razvoja, da ne bi bezrazložno nastajale beskorisne ustanove ili koje nemaju dovoljno životne snage. S posebnom pažnjom neka se promiču i u mladim Crkvama odnjeguju takvi oblici redovničkog života koji su prilagođeni značaju i načinu života tamošnjih stanovnika, običajima i prilikama mjesta.

O djelatnostima koje treba zadržati, prilagoditi ili napustiti

20. Neka ustanove vjerno zadrže i razvijaju vlastitu djelatnost i neka je, imajući pred očima korist cijele Crkve i biskupija, prilagode potrebama vremena i mjesta. Neka u tom upotrijebe prikladna, ta kođer i nova sredstva, a neka napuste one djelatnosti koje su danas manje u skladu s duhom i istinskom naravi njihove ustanove.

Neka se svakako u redovničkim ustanovama čuva misijski duh i neka ga svaka prema svojoj naravi prilagodi današnjim prilikama, da propovijedanje evanđelja među svim narodima bude što uspješnije.

Redovničke ustanove i samostani koji propadaju

21. Redovničkim ustanovama i samostanima koji po sudu Svete Stolice, pošto se saslušaju mjesni ordinariji, ne pružaju osnovanu nadu da bi se dalje mogli razvijati, treba zabraniti da ubuduće pri« maju novake. Ako je moguće, neka se sjedine s drugom ustanovom ili sa životnijim samostanom koji se po duhu i svrsi od njih mnogo ne razlikuje.

22. Instituta et monasteria sui iuris, pro rei opportunitate et approbante Sancta Sede, inter se promoveant foederationes, si quodammodo ad eandem familiam religiosam pertinent, aut uniones, si fere pares habent constitutiones et usus eodemque animantur spiritu, praesertim cum nimis sunt exigua, aut associationes, si iisdem vel similibus operibus externis incumbunt.

23. Favendum est conferentiis seu consiliis Superiorum maiorum a Sancta Sede erectis, quae valde conferre possunt ad finem singulorum institutorum plenius assequendum, ad efficaciorum conspirationem in bonum Ecclesiae fovendam, ad Evangelii operarios in determinato territorio aequiore modo distribuendos, necnon ad communia religiosorum negotia pertractanda, congrua instaurata coordinatione et cooperatione cum Conferentiis episcopalibus quad exercitium apostolatus.

Huiusmodi autem conferentiae etiam pro institutis saecularibus institui possunt.

24. Sacerdotes educatoresque christiani seria conamina adhibeant ut vocationibus religiosis, congruenter et accurate selectis, novum detur incrementum Ecclesiae necessitatibus plane respondens. Etiam in praedicatione ordinaria saepius agatur de consiliis evangelicis et de statu religioso amplectendo. Parentes filios suos christianis moribus educando, vocationem religiosam in eorum cordibus excolant ac tueantur. Institutis autem fas est sui notitiam, ad vocationes fovendas, divulgare atque candidatos quaerere, dummodo hoc fiat cum debita prudentia et servatis normis a Sancta Sede et Ordinario loci traditis.

Meminerint vero sodales exemplum propriae vitae optimam commendationem esse sui instituti et invitationem ad vitam religiosam capessendam.

25. Instituta pro quibus hae accommodatae renovationis normae statuuntur, prompto animo suae divinae vocationi et muneri suo in Ecclesia hisce temporibus respondeant. Magni enim facit Sacra Synodus genus eorum vitae, virginalis, pauperis et oboedientis, cuius Ipse Christus Dominus est exemplar firmamque spem in opera eorum abscondita et aperta tam fecunda collocat. Religiosi ergo omnes fidei integritate, caritate erga Deum et proximum, amore crucis necnon

Savezi redovničkih ustanova

22. Ustanove i samostojni samostani neka prema prilikama i uz odobrenje Svete Stolice promiču: uzajamne saveze ■— ako na neki način pripadaju istoj obitelji; unije — ako imaju gotovo jednake konstitucije i običaje te rade u istom duhu, napose ako su premaleni; udruženja — ako se bave istom ili sličnom vanjskom djelatnošću.

Konferencije viših poglavara

23. Treba podupirati konferencije ili vijeća viših poglavara koje ustanovi Sveta Stolica. One mogu mnogo pridonijeti tome da poje dine ustanove potpunije ostvare svoje ciljeve, da dođe do što uspješnije zajedničke suradnje na dobro Crkve i da se na određenom području pravilnije raspodijele evanđeoski radnici te da se rasprave zajednički redovnički poslovi. Kod toga treba s obzirom na apostolat uspostaviti primjereno usklađivanje i suradnju s biskupskim konferencijama.

Takve se konferencije mogu ustanoviti i za svjetovne ustanove.

Redovnička zvanja

24. Svećenici i kršćanski odgojitelji neka ozbiljno nastoje da zgodno i brižljivo probranim redovničkim zvanjima pribave Crkvi takav prirast koji zaista odgovara njezinim potrebama. Neka i u redovitom propovijedanju češće govore o evanđeoskim savjetima i prihvaćanju redovničkog staleža. NeKa roditelji, odgajajući svoju djecu u kršćanskom životu, njeguju i čuvaju u njihovim srcima redovničko zvanje. *

Ustanove imaju pravo da, s obzirom na njegovanje zvanja, šire poznavanje vlastite ustanove te skupljaju kandidate; samo neka se to obavlja s potrebnom razboritošću i pazeći na smjernice Svete Stolice i mjesnog ordinarija.

Neka članovi pojedinih ustanova imaju na pameti da je primjer vlastitog života najbolja preporuka njihove ustanove i poziv da se prigrlu redovnički život.

Zaključak

25. Neka ustanove, za koje se izdaju ova pravila prilagođene obnove, odgovaraju spremnim duhom svom božanskom pozivu i svom zadatku u suvremenoj Crkvi. Sveti Sabor vrlo cijeni način njihova djevičanskog, siromašnog i poslušnog života, kojemu je uzor sam Krist Gospodin, i stavlja čvrsto pouzdanje u njihova tako plodna, skrovita i javna djela. Neka svi redovnici svojom cjelovitom vjerom, ljubavlju prema Bogu i bližnjemu, ljubavlju prema križu i nadom u buduću

spe futurae gloriae, Christi bonum nuntium in toto mundo diffundant, ut testimonium eorum ab omnibus conspiciatur et Pater noster, qui in caelis est, glorificetur (cf. Mt. 5, 16). Ita deprecante suavissima Deipara Virgine Maria, »cuius vita omnium est disciplina«,¹ ampliora quotidie incrementa capient ac uberiores salutare afferent fructus.

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto. edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum die XXVIII mensis octobris anno
MCMLXV

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus
(Sequuntur Patrum subsignationes)

slavu šire po cijelom svijetu Kristovu dobru vijest, da svi vide njihovo svjedočanstvo i slave Oca našega koji je na nebesima (usp. Mt 5, 16). Neka po zagovoru preslatke Bogorodice Djevice Marije — »jer je njezin život svima uzor« — svakodnevno rastu i donose sve obilnije spasonosne plodove.

Sve ovo, u cjelini i u pćjedinostima, Sto je u ovom Dekretu određeno, prihvatile Oci Svetog Sabora. I Mi — apostolskom vlašću od Krista nam predanom sve to, zajedno s časnim očima u Duhu Svetom odobravamo, odlučujemo i određujemo te zapovijedamo da to Sto je saborski određeno na slavu božju bude proglašeno.

U Rimu, kod Svetoga Petra, 28. listopada 1965.

Ja, PAVAO, biskup katoličke Crkve
(slijede potpisi Otaca)

BILJEŠKE

* Sv. AMBROZIJE, *O djevičanstvu*, 1. II, gl. II, br. 15.

DEKRET
O ODGOJU I OBRAZOVANJU
SVEĆENIKA

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

DECRETUM DE
INSTITUTIONE SACERDOTALI

Prooemium

OPTATAM TOTIUS Ecclesiae renovationem probe noscens Sancta Synodus a sacerdotum ministerio, Christi spiritu animato, magna ex parte pendere,¹ gravissimum institutionis sacerdotalis momentum proclamat, eiusque primaria quaedam principia declarat, quibus confirmentur leges iam saeculorum usu probatae in easque nova inducantur, quae huius Sancti Concilii Constitutionibus et Decretis necnon mutatis temporum rationibus respondeant. Quae sacerdotalis conformatio ob ipsam catholici sacerdotii unitatem, omnibus sacerdotibus utriusque cleri et cuiusvis ritus necessaria est; ideoque haec praescripta, quae clerum dioecesanum, directe respiciunt, congrua congruis referendo, omnibus accommodanda sunt.

I. De sacerdotalis institutionis ratione in singulis nationibus ineunda

1. Cum in tanta gentium regionumque diversitate nonnisi generales leges ferri possint, in singulis nationibus vel ritibus peculiaris »Sacerdotalis Institutionis~Ratio« ineatur, ab Episcoporum Conferentiis statuenda,² certis temporibus recognoscenda atque ab Apostolica Sede approbanda, qua leges universales ad peculiaris locorum temporumque adiuncta accommodentur, ut sacerdotalis institutio semper congruant pastoralibus necessitatibus illarum regionum in quibus ministerium exercendum sit.

PAVAO BISKUP
SLUGA SLUGU BOŽJIH
ZAJEDNO S OČIMA SVETOGA SABORA
NA TRAJAN SPOMEN

DEKRET
»OPTATAM TOTIUS«
o odgoju i obrazovanju svećenika

Uvod

Željena obnova čitave Crkve velikim dijelom ovisi o svećeničkoj službi koju oživljava Kristov duh,* toga je svjestan ovaj Sveti Sabor. Stoga ističe odlučnu ulogu odgoja svećenika i donosi neka osnovna načela. Njima se potvrđuju vjekovima već prokušani zakoni i uvode novine koje će odgovarati konstitucijama i dekretima ovog Svetog Sabora i promijenjenim prilikama našeg vremena. Zbog jedinstva katoličkog svećenstva, taj je odgoj potreban svim svećenicima, i svjetovnim i redovničkim, pripadali ma kojem obredu. Zbog toga neka se ovi propisi, koji se izravno odnose na dijecezanske svećenike, na odgovarajući način, prilagode svima.

I. UREDBA ODGOJA SVEĆENIKA KOD POJEDINI
NARODA

1. Tolika je razlika između pojedinih naroda i krajeva da je moguće donijeti samo opće zakone. Zato treba za svaki pojedini narod ili obred uvesti posebnu uredbu odgoja svećenika koju će utvrditi biskupske konferencije* i Sveta Stolica odobriti a valja je od vremena do vremena preispitati. Njome će se zakoni što za sve vrijede prilagoditi posebnim okolnostima mjesta i vremena, da bi odgoj svećenika uvijek bio u skladu s pastoralnim potrebama pojedinih krajeva u kojima će oni vršiti svoju službu.

II. De vocationibus sacerdotalibus instantius fovendis

2. Fovendarum vocationum officiums ad totam christianam communitatem pertinet, quae imprimis vita plene christiana id provehere debet; maxime in id conferunt tum familiae, quae, spiritu fidei, caritatis et pietatis animatae, veluti primum seminarium fiunt, tum paroeciae quarum uberem vitam ipsi adolescentes participant. Magistri atque omnes qui puerorum iuvenumque institutionem quovis modo curant, praecipue Consociationes Catholicae, adolescentes sibi concreditos ita excolere studeant ut vocationem divinam percipere et libenter sequi valeant. Omnes sacerdotes zelum apostolicum in fovendis vocationibus quam maxime ostendant et propria ipsorum vita humili, operosa, laeto animo peracta, necnon mutua sacerdotali caritate et fraterna operae consortione, adolescentium animos ad sacerdotium trahant.

Episcoporum autem est in vocationibus provehendis gregem suum excitare arctamque omnium virium laborumque curare coniunctionem; eos vero quos ipsi ad sortem Domini vocatos iudicaverint, ut patres, nullis parcentes sacrificiis adiuvere.

Haec actuosa ad vocationes fovendas universi populi Dei conspiratio Divinae Providentiae actioni respondet, quae hominibus ad Christi Sacerdotium hierarchicum participandum divinitus electis congruas dotes tribuit eosque sua gratia adiuvat, dum legitimis Ecclesiae ministris committit ut idoneitate agnita, candidatos qui tantum munus recta intentione et plena libertate petierint, comprobatos vocent et Sancti Spiritus sigillo Dei cultui et Ecclesiae servitio consecrent.*

Sancta Synodus tradita quidem communis cooperationis subsidia imprimis commendat uti sunt instans oratio, christiana paenitentia necnon in dies altior christifidelium institutio, sive praedicatione et catechesi sive etiam variis communicationis socialis instrumentis impertienda, qua quidem necessitas, natura et praestantia vocationis sacerdotalis declarentur. Insuper mandat ut Opera vocationum, secundum pontificia ad rem documenta, in singularum dioecesium, regionum vel nationum ambitu iam constituta vel ineunda, universam fovendarum vocationum pastorem actionem, nullis opportunis auxiliis posthabitis quae nodierna doctrinae psychologicae et sociologicae utiliter protulerint, methodice et cohaerenter disponant atque pari discretionem ac zelo promoveant.⁵

Opus vero fovendarum vocationum fines singularum dioecesium, nationum, familiarum religiosarum atque rituum dilatato corde transcendat oportet atque ad universalis Ecclesiae necessitates respiciens illis praecipue regionibus auxilium afferat, in quibus ad Domini vineam instantius operarii advocantur.

II. USTRAJNIJE PROMICANJE SVEĆENIČKIH ZVANJA

2. Dužnost promicanja svećeničkih zvanja³ spada na svu kršćansku zajednicu, a to joj je činiti ponajprije punim kršćanskim životom. Ovome najviše pridonose kako obitelji, koje oživljene duhom vjere, ljubavi i pobožnosti djeluju kao prvo sjemenište, tako i župe u čijem plodnom životu sami mladi sudjeluju. Učitelji i svi oni koji se na bilo koji način brinu oko odgoja dječaka i mladića, a poglavito katolička udruženja, trebaju se truditi da tako utječu na razvoj mladih koji su im povjereni da bi mogli osjetiti Božji poziv i rado ga slijediti. Neka svi svećenici pokažu što je moguće veću apostolsku revnost u promicanju zvanja; neka svojim osobnim, skromnim, radnim, radosnim životom kao i uzajamnom svećeničkom ljubavlju i bratskom suradnjom u radu privlače srca mladih prema svećeništvu.

Dužnost je biskupa da potiču svoje vjernike na rad u promicanju zvanja i da osiguraju tijesnu povezanost svih snaga i napora. A one koje smatraju pozvanima u službu Gospodinu treba da očinski potpomažu ne žaleći pri tom nikakvih žrtava. ■ ,•

Takva djelatna jednodušnost svega Božjeg naroda u promicanju zvanja odziva se djelovanju Božje providnosti, koja osobama što ih Bog odabire da budu dionici hijerarhijskog svećeništva Kristova udje ljuje odgovarajuće darove i pomaže ih svojom milošću, a zakonitim službenicima Crkve Bog povjerava zadatak da pripravnike koji u ispravnoj namjeri i punoj slobodi zatraže tako veliku službu, uvi djevši njihovu podobnost, provjere, pozovu i pečatom Duha Svetoga posvete za bogoštovlje i službu Crkvi.⁴

Sveti sabor preporuča u prvom redu već provjerena sredstva takove suradnje sviju, a to su žarka molitva, kršćanska pokora ali i svakim danom produbljivan odgoj vjernih kršćana, koji se postiže bilo propovijedanjem i katehezom ili i uporabom raznih sredstava društvenog saobraćaja i to tako što će se razjašnjavati potreba, narav i vrsnoća svećeničkog poziva. Osim toga nalaže Djelima za zvanja što su u skladu s odgovarajućim papinskim dokumentima u krilu pojedinih biskupija, krajeva i naroda već uspostavljena ili ih treba još uspostaviti, da sav pastoralni rad oko promicanja svećeničkih zvanja uredi metodički i suvislo i da ga s jednakom obzirnošću i žarom promiču, ne zanemarujući pri tom nijedno od prikladnih pomagala što su ih korisno iznašle današnja psihologija i sociologija,⁸

Treba da Djelo promicanja zvanja širokogrudno prelazi granice pojedinih biskupija, naroda, redovničkih obitelji i obreda te, imajući u vidu potrebe opće Crkve, pruži svoju pomoć osobito onim krajevima u kojima su za Gospodnji vinograd radnici hitnije potrebni.

3. In Seminariis Minoribus ad germina vocationis excolenda erectis alumni peculiari religiosa conformatione, imprimis apta moderatione spirituali, ad Christum Redemptorem generoso animo et puro corde sequendum componantur. Sub paterno superiorum moderamine, parentibus opportune cooperantibus, vitam ducant quae adolescentium aetati, spiritui et evolutioni conveniat, et sanae psychologiae normis plene aptetur, congrua rerum humanarum experientia et consuetudine cum propria familia non praetermissis.⁶ Ea praeterea quae in sequentibus de Seminariis Maioribus statuuntur, quatenus fini et rationi Seminarii Minoris conveniunt, ipsi quoque accommodentur. Studia ab alumnis peragenda sic ordinentur oportet ut ipsi ea sine incommodo alibi prosequi possint, si alium vitae statim amplectantur.

Pari cura foveantur etiam germina vocationis adolescentium et iuvenum in peculiaribus Institutis quae pro locorum adiunctis Seminariorum Minorum quoque fini inserviunt, hecnon eorum qui sive in aliis scholis sive ceteris educationis mediis instituuntur; ac sedulo promoveantur Instituta aliaque incoepa pro iis qui maiore aetate divinam sequuntur vocationem.

III. De Seminariorum Maiorum ordinatione

4. Seminaria Maiora ad sacerdotalem conformationem necessaria sunt. In eis integra alumnorum institutio eo tendere debet ut ad exemplar Domini Nostri Iesu Christi, Magistri, Sacerdotis et Pastoris, veri animarum pastores ipsi formentur;⁷ praeparentur ergo ad ministerium verbi: ut verbum Dei revelatum semper melius intelligant, meditantes possideant, lingua et moribus expriment; ad ministerium cultus et sanctificationis: ut orantes et sacras liturgicas celebrationes peragentes opus salutis per Sacrificium eucharisticum et Sacramenta exerceant; ad ministerium Pastoris: ut sciant repraesentare hominibus Christum, qui »non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis« (Me. 10, 45; cf. Io. 13, 12-17) et ut, omnium facti servi, plures lucrifaciant (cf. 1 Gor. 9, 19).

Quare omnes institutionis rationes, spiritualis, intellectualis, disciplinaris, consociata "actione ad hunc finesi pastoralementur, eique assequendo sedulam concordemque operam navent omnes moderatores et magistri, Episcopi auctoritati fideliter obsequentes.

Odgaj i obrazovanje u malim sjemeništima

3. U malim sjemeništima, koja su ustanovljena da se u njima gaje klice zvanja, neka naročit vjerski odgoj, a ponajpače podesno duhovno vodstvo, pripravi pitomce da slijede Krista Otkupitelja ne sebično i čista srca. Pod očinskim ravnanjem starješina, uz prikladnu suradnju roditelja, neka provode život, koji će se slagati s mladenačkom dobi, mladenačkim duhom i razvitkom i neka se taj život po svema prilagodi zahtjevima zdrave psihologije, ne zanemarujući odgo varajuće iskustvo iz života ljudi i povezanost s vlastitom obitelji.⁶ Osim toga, ono što se određuje u slijedećim poglavljima o velikim sjemeništima, ukoliko odgovara svrsi i naravi malog sjemeništa, neka se i u njemu primijeni, školovanje učenika treba tako urediti da ga učenici mogu nastaviti drugdje bez ikakve teškoće, ukoliko odaberu drugi životni poziv.

Jednaku brigu treba posvetiti »njegovanju klice zvanja kod dječaka i mladića u posebnim zavodima, koji u nekim krajevima služe i kao mala sjemeništa, a tako i onima koji se odgajaju u drugim školama ili drugim odgojnim sredstvima; s naročitom brigom neka se unapređuju ustanove i drugi pothvati namijenjeni onima koji u odraslijoj dobi odaberu svećenički poziv.

III. UREĐENJE VELIKIH SJEMENIŠTA

Pastoralni odgoj

4. Velika su sjemeništa neophodna za izobrazbu svećenika. Sav odgoj pitomaca u njima treba da ide za tim da se oni izgrade kao pravi pastiri duša po uzoru našega Gospodina Isusa Krista, Učitelja, Svećenika i Pastira.⁷ Stoga neka se pripreme za službu riječi: da objavljenu Božju riječ sve više i više razumiju, razmišljajući posje duju, riječju i činom očituju. Neka se pripreme za službu bogoslužja i posvećivanja: da bi molitvom i slavljenjem svetog bogoslužja po euharistijskoj žrtvi i sakramentima ostvarivali djelo spasenja. Neka se pripreme za službu pastira: da bi znali ljudima predstavljati Krista koji »nije došao da mu služe nego da on služi i da dadne život svoj kao otkup mjesto svih« (Mk 10, 45; usp.Iv_13, 12-17), i da bi postali sluge svima kako bi mnoge pridobili (usp. 1 Kor: 9, 19). /

Stoga se moraju prema tom pastoralnom cilju zajednički usmjeriti svi programi duhovnog, intelektualnog i disciplinskog odgoja. Svi starješine i profesori trebaju, slušajući vjerno biskupsku vlast, savjesno i skladno udružiti svoje napore prema tom cilju.

5. Cum alumnorum institutio et a sapientibus legibus et maxime quidem ab idoneis educatoribus pendeat, Seminariorum moderatores et magistri ex optimis viris seligantur⁸ atque solida doctrina, congrua experientia pastoralis et peculiari institutione spirituali et paedagogica diligenter praeparentur. Instituta igitur ad hunc finem assequendum vel saltem cursus apta ratione disponendi necnon Moderatorum Seminariorum conventus statutis temporibus celebrandi promoveantur oportet.

Moderatores vero et magistri persentiant quantopere a suis ipsorum cogitandi agendique ratione pendeat alumnorum formationis exitus; sub Rectoris duetu arctissimam. spiritus et actionis consortionem ineant atque inter semetipsos et cum alumnis eam familiam constituent quae Domini orationi »Ut sint unum« (Io. 17, 11) irrespondeat et in alumnis propriae vocationis gaudium nutriat. Episcopus autem assidua praedilectionis cura animet eos qui in Seminario laborant ac ipsis alumnis se demonstret verum in Christo Patrem. Omnes denique sacerdotes cor dioecesis Seminarium considerent eique propriam adiutricem operam libenter praestent.'

6. Vigilandi cura, pro singulorum aetate eorumque progressu, inquiratur de candidatorum recta intentione ac libera voluntate, de idoneitate spirituali, morali et intellectuali, de congrua physica et psychica valetudine, consideratis quoque dispositionibus a familia forsam transmissis. Expendatur quoque candidatorum capacitas sacerdotalia onera ferendi et officia pastoralia exercendi.¹⁰ In universa autem alumnorum selectione et probatione debita semper adhibeatur animi firmitas etiamsi lugenda sit sacerdotum penuria, U cum Deus Ecclesiam suam ministris carere non sinat, si digni promoveantur, non idonei tempestive ad alia munera obeunda paterne dirigantur atque iuventur ut vocationis suae christianae conscii, alacriter apostolatam laicalem ineant.

Sveti ekumenski Sabor je pažljivo razmotrio veoma važno značenje odgoja u ljudskom društvu i životu i njegov sve veći utjecaj na društveni napredak našeg doba.¹ Doista, odgoj mladeži, čak i neko trajno obrazovanje odraslih, u današnjim prilikama postaje i lakše i hitnije. Ljudi naime postavši sve svjesniji vlastitog dostojanstva i zadatka žele iz dana u dah aktivnije sudjelovati u društvenom a napose ekonomskom i političkom životu.² Zapanjujući napredak tehnike i znanstvenog istraživanja te nova sredstva društvenog saobraćaja omogućuju ljudima više slobodnog vremena, da lakše pristupe duhovno-kulturnoj baštini i da se tješnjom povezanošću skupina i naroda međusobno dopunjuju.

Stoga se svugdje javljaju nastojanja, da se odgoj što više unaprijedi. Javnim dokumentima se proglašavaju i zajamčuju osnovna prava ljudi na odgoj, a posebno prava djece i roditelja.³ Budući da broj učenika naglo raste, posvuda se umnožavaju i usavršavaju škole i osnivaju druge odgojne ustanove. Novim se eksperimentima usavršavaju metode odgoja i obrazovanja. Poduzimaju se, doduše, veliki naponi da one budu pristupačne svim ljudima, iako mnoga djeca i mladići još uvijek nemaju ni osnovne pouke, a ni toliki drugi nemaju prikladnog odgoja, kojim se u isti mah razvijaju istina i ljubav.

Sveta Majka Crkva ■— da ispuni \nalog koji je primila od svog božanskog Utemeljitelja, naime da navješćuje tajnu spasenja svim

Christo, integram hominis vitam etiam terrenam quatenus cum vocatione coelesti connexam curare debeat,⁴ in educationis progressu atque amplificatione partes suas habet. Proinde S. Synodus de educatione christiana praesertim in scholis fundamentalia quaedam principia declarat, quae a speciali post Concilium Commissione fusius evolvenda erunt atque ab Episcoporum Conferentiis ad diversas regionum condiciones applicanda.

1. Omnibus hominibus cuiusvis stirpis, conditionis et aetatis utpote dignitate personae pollentibus, ius est inalienabile ad educationem,⁵ proprio fini respondentem,⁶ propriae indoli, sexus differentiae, culturae patriisque traditionibus accommodatam et simul fraternae cum aliis populis consortioni apertam ad veram unitatem et pacem in terris fovendam. Vera autem educatio prosequitur formationem personae humanae. in ordine ad finem eius ultimum et simul ad bonum societatum, quarum homo membrum exstat et in quarum officiis, adultus effectus, partem habebit.

Pueri igitur et adolescentes, ratione habita progressus scientiae psychologicae, paedagogicae et didacticae adiuventur oportet ad dotes physicas, morales et intellectuaks harmonice evolvendas, ad gradatim acquirendum perfectiorem sensum responsabilitatis in propria vita continuo nisu recte excolenda et in vera libertate prosequenda, obstaculis magno et constanti animo superatis. Positiva et prudenti educatione sexuali progrediente aetate instituantur. Praeterea ad vitam socialem partitipandam ita conformentur ut, instrumentis necessariis et opportunis rite instructi, in varios humanae communitatis coetus actuose sese inserere valeant, colloquio cum aliis aperiantur communicque bono provehendo operam libenter navent.

Similiter Sancta Synodus declarat pueris ac adulescentibus ius esse ut in valoribus moralibus recta conscientia aestimandis et adhaesione personali amplectendis necnon in Deo perfectius cognoscendo et diligendo instimulentur. Ideoque enixe rogat omnes qui vel populorum regimen tenent vel educationi praesunt, ut curent ne umquam iuventus hoc sacro iure privetur. Filios autem Ecclesiae exhortatur ut generoso animo operam praestent in universo educationis campo, praesertim hunc in finem ut congrua educationis et instructionis beneficia ad omnes ubique terrarum citius extendi possint.⁷

2. Omnibus christianis, quippe qui, per regenerationem ex aqua et Spiritu Sancto nova creatura effecti,* filii Dei nominentur et sint, ius est ad educationem christianam. Quae quidem non solum maturitatem humanae personae modo descriptam prosequitur, sed eo principaliter spectat ut baptizati dum in cognitionem mysterii salutis

ljudima i da sve obnovi u Kristu — mora voditi brigu o cijelom ljudskom životu, pa i o zemaljskom ukoliko je povezan s nebeskim pozivom.⁴ Stoga Crkva ima svoj udio u unapređivanju i proširivanju odgoja. Zato Sveti Sabor proglašava neka osnovna načela o kršćanskom odgoju, naročito u školama, koja će posebna pokoncilaska komisija šire obraditi a biskupske konferencije primijeniti na prilike pojedinih krajeva.

Opte pravo na odgoj i njegov pojam

1. Svi ljudi, bilo kojeg porijekla, položaja i dobi, imaju na temelju dostojanstva svoje osobe neotuđivo pravo na odgoj⁵ koji odgovara njihovu životnom cilju,⁶ osobnoj sposobnosti, razlici spolova, i koji je prilagođen domovinskoj kulturi i predajama, te je ujedno otvoren za bratsko partnerstvo s drugim narodima radi promicanja pravog jedinstva i mira na zemlji. Pravi odgoj ide za izgradnjom ljudske osobe u vidu njezine konačne svrhe i ujedno u vidu dobrobiti društva kojega je čovjek član i u čijim će funkcijama kao odrasli čovjek sudjelovati.

Djecu i mladiće treba potpomagati — uzevši u obzir napredak psihologije, pedagogike i didaktike — da skladno razvijaju svoje fizičke, moralne i intelektualne sposobnosti, kako bi postepeno postigli savršeniji osjećaj odgovornosti da svoj život neprestanim naporom pravilno usavršavaju i idu za pravom slobodom, hrabro i odlučno svladavajući zapreke. Prema dobi razvoja neka im se daje pozitivan i pametan seksualni odgoj. Osim toga neka se za učestvovanje u društvenom životu tako odgajaju da bi se mogli — pravilno poučeni potrebnim i prikladnim sredstvima — aktivno uklopiti u različite grupe ljudske zajednice, otvoriti se za dijalog s drugima i rado se dati na posao oko promicanja zajedničkog dobra.

Isto tako Sveti Sabor proglašuje da djeca i mladež imaju pravo na posebnu pomoć da bi ispravnom savješću mogli prosuđivati moralne vrednote i prihvatiti ih osobnom odlukom, kao i na to, da sve savršenije upoznaju i ljube Boga. Stoga usrdno moli sve one koji vladaju narodima ili su zaduženi za odgoj, da se brinu da mladež ne bude nikada lišena ovog svetog prava. A sinove Crkve potiče da se velikodušno zalažu na čitavom području odgoja, naročito oko toga da se velike blagodati odgoja i obrazovanja što prije prošire na sve ljude cijeloga svijeta.⁷

Kršćanski odgoj

2. Svi kršćani, budući da su preporođenjem iz vode i Duha Sve toga postali novo stvorenje⁸ te se nazivaju i jesu sinovi Božji, imaju pravo na kršćanski odgoj. On ide samo za tim da kršćani, dok se postepeno upućuju u spoznaju misterija spasenja, postaju svakim

gradatim introducuntur, accepti fidei doni in dies magis conscii fiant; Deum Patrem in spiritu et veritate adorare (cf. Io. 4, 23) praeprimis in actione liturgica addiscant, ad propriam vitam secundum novum hominem in iustitia et sanctitate veritatis (Eph. 4, 22-24) gerendam conformentur; ita quidem occurrant in virum perfectum, in aetatem plenitudinis Christi (cf. Eph. 4, 13) et augmento corporis mystici operam praestent. Iidem insuper suae vocationis conscii tum spei quae in eis est (cf. 1 Petr. 3,15),. testimonium exhibere tum christianam mundi conformationem adiuvere consuescant, qua naturales valores in completa hominis a Christo redempti consideratione assumpti, ad totius societatis bonum conferant.⁹ Quare haec S. Synodus animarum Pastoribus gravissimum recolat officium omnia. disponendi ut hac educatione christiana omnes fideles fruantur, praeprimis iuvenes qui spes sunt Ecclesiae.¹⁰

3. Parentes, cum vitam filiis contulerint, prolem educandi gravissima obligatione tenentur et ideo primi et praecipui eorum educatores agnoscendi sunt.¹¹ Quod munus educationis tanti ponderis est ut, ubi desit, aegre suppleri possit. Parentum enim est talem familiae ambitum amore, pietate erga Deum et homines animatum creare qui integrae filiorum educationi personali et sociali faveat. Familia proinde est prima schola virtutum socialium quibus indigent omnes societates. Maxime vero in christiana familia, matrimonii sacramenti gratia et officio ditata, filii iam a prima aetate secundum fidem in baptismo receptam Deum percipere et colere atque proximum diligere doceantur oportet; ibidem primam inveniunt experientiam et sanae societatis humanae et Ecclesiae; per familiam denique in civilem hominum consortionem et in populum, Dei sensim introducuntur. Persentiant igitur parentes quanti momenti sit familia vere christiana pro vita et progressu ipsius populi Dei.¹²

Educationis impertiendae munus primario familiae .competens totius societatis auxiliis indiget. Praeter igitur iura parentum ceterorumque quibus ipsi partem in munere educationis concedunt, certa cuiusmodi officia et iura competunt societati civili, quatenus eius est ea ordinare quae ad bonum commune temporale requiruntur. Ad eius munera pertinet educationem iuventutis pluribus modis provehere: parentum scilicet aliorumque qui in educatione partes habent officia et iura tueri eisque adiumenta praebere; iuxta subsidiarii officii principium, deficientibus parentum aliarumque societatum inchoatis, educationis opus, attentis quidem parentum votis; perficere; insuper, quatenus bonum commune postulat, scholas et instituta propria condere.¹³

danom sve svjesniji dara vjere što su ga primili. Neka se nauče u duhu i istini klanjati Bogu Ocu (usp. Iv 4, 23) ponajprije u liturgijskom činu i oblikovati svoj život po novom čovjeku u pravdi i istinskoj svetosti (Ef 4, 22-24). Neka se tako izgrađuju u savršenog čovjeka, do dobi Kristove punine (Ef 4, 13), i pomažu u izgradnji Mističnog Tijela,

Osim toga neka, svjesni svog poziva, uče svjedočiti za nadu koja je u njima (1 Pt 3, 15) i pomagati kršćanski preporod svijeta; pri tome naravne vrednote, ugrađene u cjeloviti pojam čovjeka koga je Krist otkupio, trebaju služiti dobru čitavog društva.⁹ Zato ovaj Sveti Sabor povjerava pastirima vjernika veoma odgovornu dužnost da sve učine kako bi se tim kršćanskim odgojem obogatili svi vjernici, a osobito mladež, koja je nada Crkve.¹⁰

Odgovorni za odgoj

3. Budući da roditelji daju djeci život, oni imaju vrlo tešku obavezu da ih odgajaju, i zato ih treba priznati kao prve i povlaštene odgojitelje svoje djece.¹¹ Odgojna uloga roditelja je takve važnosti, da se teško može čim drugim zamijeniti. Na njima je da stvore takav obiteljski ambijent — prožet ljubavlju i odanošću prema Bogu i ljudima — koji će pogodovati punom osobnom i društvenom razvoju djece. Obitelj je stoga prva škola onih društvenih kreposti koje su potrebne svakom društvu. Posebno u kršćanskoj obitelji, koja je obogaćena milošću i zadatkom sakramenta ženidbe, treba odgajati djecu od najranije mladosti po vjeri, koju su primila na krštenju, da Boga spoznaju i štiju a bližnjega da ljube. U obitelji djeca stječu prvo iskustvo o zdravoj ljudskoj zajednici i o Crkvi; po njoj, napokon, postepeno ulaze u ljudsku zajednicu i u Božji narod. Neka roditelji ozbiljno shvate kako prava kršćanska obitelj imade važno značenje za život i napredak Božjeg naroda.¹²

Ovoj odgovornoj ulozi odgoja, koja prvenstveno spada na obitelj, potrebna je pomoć cijelog društva. Osim prava roditelja i onih kojima roditelji povjeravaju jedan dio odgoja, i država ima stanovite dužnosti i prava, ukoliko na nju spada da se brine za zajedničko vremenito dobro. Njezin je zadatak da na različite načine promiče odgoj mladeži: da štiti dužnosti i prava roditelja i onih koji imaju udio u odgoju te da im pruža pomoć; da prema principu supsidijarnosti, u slučaju da inicijative roditelja i drugih zajednica nisu dostatne, uzme u vlastite ruke stvar odgoja — poštujući želje roditelja; napokon, ukoliko to zahtijeva opće dobro, da osniva vlastite škole i institute.¹⁸

Singulari demum ratione officium educandi ad Ecclesiam spectat, non solum quia humana quoque societas educationis tradendae capax agnoscenda est, sed maxime quia munus habet viam salutis omnibus hominibus annuntiandi, credentibus vitam Christi communicandi.. eosque continua sollicitudine adiuvandi ut ad huius vitae plenitudinem pervenire valeant.¹⁴ His igitur filiis suis tanquam Mater eam praestare Ecclesia tenetur educationem, qua tota eorum vita spiritu Christi imbuatur, simul autem omnibus populis suam operam praebet ad promovendam integram personae humanae perfectionem, ad bonum quoque societatis terrestris atque ad aedificationem mundi humanius configurandi.¹⁶

4. In munere suo educationis explendo Ecclesia de omnibus aptis subsidiis sollicita, praecipue de eis curat quae ipsi sunt propria, quorum primum est institutio catechetica¹⁶ quae fidem illuminat et roborat, vitam secundum spiritum Christi nutrit, ad mysterii liturgici consciam et actuosam participationem conducit¹⁷ atque ad actionem apostolicam excitat. Ecclesia magni facit et suo spiritu penetrare et elevare quaerit cetera quoque auxilia, quae ad commune hominum patrimonium pertinerent quaeque ad animos excolendos hominesque formandos magnopere conferunt, uti sunt communicationis socialis instrumenta,¹⁸ multiplices animi corporisque exercitationum coetus, iuvenum consociationes atque praesertim scholae.

5. Inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habet schola,¹⁹ quae vi suae missionis dum facultates intellectuales assidua cura excolit, recte iudicandi capacitatem evolvit, in patrimonium culturae a generationibus praeteritis acquisitum introducit, sensum valorum promovet, vitam professionalem praeparat, inter alumnos diversae indolis et condicionis amicalem consortionem pariens mutuam se comprehendendi dispositionem fovet; insuper velut quoddam centrum constituit cuius operositatem et profectum una participare debent familiae, magistri, varii generis consociationes vitam culturalem, civicam, religiosam promoventes, societas civilis, et tota communitas humana.

Pulchra igitur et gravis quidem ponderis est vocatio illorum omnium qui parentes in eorundem officio implendo iuvantes et communitatis humanae vices gerentes, munus educandi in scholis suscipiunt; quae vocatio peculiare mentis et cordis dotes, diligentissimam praeparationem, continuam renovationis et adaptationis promptitudinem expostulat.

6. Parentes quibus primum et inalienabile officium et ius est filios educandi, in scholis eligendis vera libertate gaudeant oportet. Potestas

S posebnog razloga dužnost odgoja pripada Crkvi, ne samo zato što joj se kao određenoj zajednici ljudi mora priznati pravo na odgoj, nego prvenstveno zato što ima zadatak da svim ljudima naviješta put spasenja, da vjernicima priopćuje Kristov život i da trajno vodi brigu o tome da dođu do punine tog života.^{1*} Crkva je kao Majka dužna svojoj djeci dati takav odgoj po kojem će cijeli njihov život biti prožet Kristovim duhom, a svim ljudima pruža pomoć za izgradnju potpune ljudske osobe, za dobrobit -ljudskog društva i za izgradnju humanijeg svijeta.¹⁵

Različite metode kršćanskog odgoja

4. Ispunjujući svoju odgovornu službu odgoja Crkva vodi brigu o svim prikladnim sredstvima, posebno o onima koja su joj vlastita, a među prvima o katehizaciji.¹⁶ Katehetska pouka prosvjetljuje i učvršćuje vjeru, hrani život Kristovim duhom, vodi k svjesnom i aktivnom sudjelovanju u liturgijskom misteriju¹⁷ i potiče na apostolsko djelovanje. Crkva visoko cijeni i nastoji svojim duhom prožeti i usavršiti ostala sredstva koja pripadaju zajedničkoj baštini čovječanstva a koja mnogo pomažu izgradnji duha i odgoju ljudi, kao što su sredstva društvenog saobraćaja,¹⁷ mnogovrsna udruženja za kulturu duha i tijela, organizacije mladih a posebno škole.

Značenje škole

5. Između svih odgojnih sredstava posebnu važnost ima škola.¹⁸ Ona snagom svoje misije neumorno ide za tim da izgrađuje intelektualne sposobnosti, razvija pravilno rasuđivanje, uvodi u kulturnu baštinu koja je primljena od prošlih generacija, razvija smisao za vrednote i sprema za profesionalni život. Među učenicima različitih sposobnosti i društvenog položaja škola uspostavlja prijateljski odnos i stvara dispoziciju za bolje međusobno razumijevanje. Osim toga škola predstavlja na neki način centar u čijem naporu i uspjehu trebaju sudjelovati: obitelji, učitelji, svakovrsne ustanove koje promiču kulturni, građanski i vjerski život te država i cijelo ljudsko društvo.

Doista imaju lijepo a i odgovorno zvanje oni koji pomažu roditeljima u njihovoj službi i predstavljaju ljudsku zajednicu prihvaćajući odgojiteljsku službu u školama. Ovo zvanje zahtijeva posebne kvalitete duha i srca, brižnu pripravu i trajnu spremnost na obnovu i prilagođivanje, s

Dužnosti i prava roditelja

6. Roditelji, koji imaju prvu i neotuđivu dužnost i pravo odgajati djecu, trebaju biti potpuno slobodni u izboru škole. Javna vlast,

publica igitur cuius est civium libertates tueri et defendere, iustitiae distributivae consulens curare debet, ut subsidia publica ita erogentur ut parentes pro filiis suis scholas, secundum conscientiam suam, vere libere selegere valeant.²⁰

Ceterum rei publicae est providere ut omnes cives ad congruam culturae participationem accedere valeant atque ad officia et iura civilia exercenda debite praeparentur. Ipsa igitur res publica ius puerorum ad adaequatam educationem scholarum tutari, magistrorum capacitati studiorumque praestantiae vigilare, alumnorum sanitati consulere atque in genere integrum scholarum opus promovere debet, principio subsidiarii officii prae oculis habito et ideo quovis excluso scholarum monopolio, quod nativis humanae personae iuribus, ipsius quoque culturae profectui et divulgationi, pacificae civium consortionis necnon pluralismo in permultis societatibus hodie vigendi adversatur.²¹

Christifideles vero S. Synodus hortatur ut sive ad aptas educationis methodos studiorumque rationem inveniendas, sive ad magistros efformandos qui iuvenes recte educare valeant, auxiliatricem operam ultro praestent atque, parentum praesertim consociationibus, universum scholae munus et praecipue educationem moralem in ea tradendam suis adiumentis prosequantur.²²

7. Gravissimum praeterea officium persentiens moralem et religiosam educationem omnium suorum filiorum sedulo curandi, Ecclesia peculiari suo affectu et adiutorio praesens sit oportet iis plurimis qui in scholis non catholicis instituuntur; tum per testimonium vitae eorum qui eos docent et moderantur, tum per condiscipulorum apostolicam actionem,²⁸ tum maxime per ministerium sacerdotum et laicorum qui eis doctrinam salutis tradunt, ratione aetati et adiunctis accommodata et spirituale auxilium praebent opportunis incoeptis pro rerum temporumque condicione.

Parentibus autem grave replit officium quod eis competit omnia disponendi vel etiam exigendi ut filii sui illis auxiliis frui possint et formatione christiana harmonico gressu cum profana progrediantur. Propterea Ecclesia illas auctoritates et societates civiles dilaudat, quae pluralismi hodiernae societatis ratione habita et debitae libertati religiosae consulentes, familias adiuvant ut educatio filiorum in omnibus scholis secundum propria familiarum principia moralia et religiosa impertiri possit.²⁴

>

8. Ecclesiae praesentia in scholarum campo postenditur peculiari ratione per scholam catholicam. Ea quidem non minus quam aliae scholae fines culturales et humanam iuvenum formationem prosequitur. Proprium autem illius est communitatis scholaris ambitum, spi-

koja ima dužnost štiti i braniti slobodu građana — imajući u vidu pravednu raspodjelu dobara — treba bdjeti da se državna subvencija školama tako razdijeli kako bi roditelji mogli svojoj djeci po savjesti zaista slobodno izabrati škole.⁸⁰

Uostalom, dužnost je države da svim građanima omogući odgovarajuće učešće u kulturi i da se dolično sprema za obavljanje svojih građanskih dužnosti i prava. Sama država treba štiti pravo djece na doličan odgoj, bdjeti nad sposobnošću učitelja i kvalitetom studija. Ona se mora brinuti za zdravlje učenika i uopće promicati cijeli prosvjetni rad, imajući pred očima princip supsidijarnosti; stoga neka isključi svaki monopol na škole, koji se protivi naravnim pravima ljudske osobe, napretku i -širenju kulture, miroljubivoj zajednici građana i pluralizmu koji postoji u mnogim današnjim državama⁸¹

Sveti Sabor potiče kršćane da svesrdno pomažu one koji nastoje pronaći prikladne metode odgoja i nastavne planove ili izgrađuju učitelje koji će biti sposobni odgajati mladež. Vjernici neka po udruženjima roditelja nadasve podupiru cijeli rad škole, a posebno moralni odgoj koji joj je povjeren.^{22*}

Moralni i religiozni odgoj u sve Škole

"7.. Crkva treba biti prisutna svojom ljubavlju i pomoći i među onima koji se odgajaju u nekatoličkim školama, jer je svjesna veoma ozbiljne dužnosti da mora bdjeti nad moralnim i vjerskim odgojem sve svoje djece. Tu će biti prisutna životnim svjedočenjem onih koji djecu uče i vode, apostolskim radom učenika²¹ i pogotovu službom svećenika i laika koji im predaju nauku spasenja, primjereno njihovoj dobi i prilikama i ujedno im pružaju duhovnu pomoć prikladnim sredstvima već prema okolnostima vremena i mjesta.

Crkva podsjeća roditelje na njihovu tešku dužnost da sve urede, pa i zahtijevaju, da im se djeca mogu tim sredstvima okoristiti, kako bi mogla jednako napredovati i u kršćanskom i u profanom obrazovanju. Zato Crkva visoko cijeni one vlasti i građanska udruženja koja, zbog pluralizma današnjeg društva i zbog potrebne vjerske slobode, pomažu obiteljima da mogu u svim školama svojoj djeci osigurati odgoj usklađen s njihovim moralnim i vjerskim načelima.²⁴

Katoličke Škole

8. Prisutnost Crkve na području škola očituje se posebno u katoličkoj školi. Ona ništa manje ne teži za kulturnim obrazovanjem i ljudskim razvojem mladeži negoli druge škole. Njezin je poseban zadatak da u školskoj zajednici stvara ambijent koji će biti prožet

ritu evangelico libertatis et caritatis animatum creare, adolescentes adiuvare ut in propria persona evolvenda una simul crescant secundum novam creaturam quae per baptismum effecti sunt, atque universam culturam humanam ad nuntium salutis postrema ordinare ita ut cognitio quam alumni de mundo, vita et homine gradatim acquirunt, fide illuminetur.²⁵ Ita quidem schola catholica, dum progredientis aetatis condicionibus sicut oportet se aperit, suos alumnos ad civitatis terrestres bonum efficaciter provehendum educat et ad servitium pro Regno Dei diffundendo praeparat, ut exemplaris et apostolicae vitae exercitio salutare veluti fermentum humanae communitatis efficiantur.

Schola catholica igitur cum ad Populi Dei missionem explendam tantopere conferre et dialogo inter Ecclesiam et hominum communitatem, in ipsorum mutuam beneficium, inservire valeat, nostris quoque rerum adiunctis suum gravissimum retinet momentum. Quare haec S. Synodus ius Ecclesiae scholas cuiusvis ordinis et gradus Ubere condendi atque regendi, in plurimis Magisterii documentis iam declaratum,²⁸ denuo proclamat, in memoriam revocans huiusmodi iuris exercitium libertati quoque conscientiae et parentum iuribus tuendis necnon ipsius culturae profectui summopere conferre.

Meminerint autem Magistri se quam maxime esse auctores ut schola catholica sua proposita et inchoata ad rem deducere valeat.²⁷ Peculiari ergo iidem praeparantur sollicitudine ut scientia tum profana tum religiosa idoneis titis comprobata sint praediti et arte educandi progredientis aetatis inventis congruente ditati. Cari tate sibi vicissim et discipulis devincti atque spiritu apostolico imbuti, tam vitam quam doctrinam testimonium exhibeant unico Magistro Christo. Sociam, imprimis cum parentibus praestent operam; una cum ipsis debitam in universa educatione habeant rationem discriminis sexus et finis proprii utriusque sexui in familia et in societate a divina providentia praestituti; personalem ipsorum alumnorum actionem excitare satagent eosque, absoluto curriculo scholari, consilio, amicitia, peculiaribus quoque conditis associationibus vero spiritu ecclesiali ditatis prosequi pergant. Horum magistrorum ministerium veri nominis apostolatum, nostris quoque temporibus maxime congruentem et necessarium S. Synodus declarat, simulque verum servitium societati praestitum. Parentibus vero catholicis officium memorat liberos suos concredendi, quando et ubi possunt, scholis catholicis, eas pro viribus sustinendi et cum eis in bonum filiorum suorum collaborandi.²⁸

9. Huic scholae catholicae imagini omnes scholae ab Ecclesia (in huiusmodi ratione dependentes pro viribus conformentur oportet, licet schola catholica pro locorum adiunctis varias formas induere possit.²⁹

duhom evanđeoske slobode. Ona pomaže mladim ljudima da u izgradnji svoje osobnosti rastu u duhu novoga stvorenja, što su postali na krštenju. Konačno, usmjerava cijelu ljudsku kulturu prema poruci spasenja, tako da svjedo vjere obasjava spoznaje o svijetu, životu i čovjeku, koji učenici postepeno stječu.« I tako katolička škola, otvarajući se adekvatno zahtjevima novog vremena, odgaja svoje učenike kako će uspješno promicati dobro zemaljske zajednice i u isto vrijeme pripravlja ih za službu širenja Božjeg Kraljevstva da živeći uzornim apostolskim životom postanu kao spasonosni kvasac ljudskog društva.

Budući da katolička škola može toliko pridonijeti izvršenju misije Božjeg naroda i koristiti dijalogu između Crkve i ljudske zajednice na njihovo obostrano dobro, ona i u današnje vrijeme ima veoma važno značenje. Radi toga ovaj Sveti Sabor ponovno proglašava da Crkva ima pravo slobodno osnivati škole bilo koje vrste ili stupnja i njima upravljati, kao što je već proglašeno u mnogim dokumentima njezinog Učiteljstva^{2*} dozivajući na taj način u pamet da ostvarenje tog prava mnogo pridonosi zaštiti slobode savjesti i roditeljskog prava a također i samom kulturnom napretku.

Neka učitelji budu svjesni toga kako u najvećoj mjeri o njima ovisi koliko će katolička Škola ostvariti svoje planove i inicijative.²⁷ Zato moraju nastojati da steknu i svjetovno i vjersko znanje, ovjereno odgovarajućim titulama, i da raspolažu odgojnim metodama suvremene pedagogike. Povezani ljubavlju međusobno i s učenicima te prožeti apostolskim duhom, neka svjedoče i životom i naukom za jednog Učitelja — Krista. Naročito trebaju surađivati s roditeljima. Zajedno s njima neka u cjelokupnom odgoju vode brigu o razlici spolova i o vlastitom cilju pojedinog spola u obitelji i društvu, kako to određuje božanska providnost. Neka učenike potiču na osobni rad i nakon završetka studija neka im pomažu savjetom i prijateljstvom i osnivanjem posebnih organizacija prožetih istinskim crkvenim duhom. Sveti Sabor izjavljuje, da je služba ovih učitelja pravi apostolat, koji je u naše vrijeme veoma koristan i potreban a ujedno predstavlja pravo služenje društvu.

Katoličke roditelje upozorava, da svoju djecu po mogućnosti daju na odgoj u katoličke škole, koje trebaju uzdržavati prema svojim silama i s njima surađivati na dobro svoje djece.⁸⁸

Različite vrste katoličkih Škola

9. Prema ovom idealu katoličke škole, treba po mogućnosti uskladiti sve škole koje na bilo koji način ovise o Crkvi, iako katolička škola može poprimiti različite oblike prema prilikama mjesta.²⁸ Crkva

Carissimas sane sibi habet Ecclesia etiam scholas catholicas quae in novarum ecclesiarum praesertim territoriis ab alumnis quoque non catholicis frequentantur.

Ceterum in scholis catholicis constituendis et ordinandis progredientis aetatis necessitatibus consulendum est. Propterea, dum fovendae manent scholae quae inferioris et medii ordinis sunt atque educationis fundamentum constituunt, magni quoque faciendae sunt illae quae ab hodiernis condicionibus peculiari ratione requiruntur, ut sunt scholae quae professionales³⁰ et technicae nuncupantur, instituta erudiendis adultis, socialibus auxiliis provehendis necnon iis, qui ob naturae defectum peculiari cura indigent, destinata atque scholae in quibus magistri tum pro institutione religiosa tum pro aliis educationis formis praeparantur.

Sancta Synodus Ecclesiae Pastores necnon omnes christifideles vehementer hortatur ut, nullis praetermissis sacrificiis, scholas catholicas adiuvent in earundem munere in dies perfectius explendo et praepremis in curandis necessitatibus eorum qui bonis temporalibus sunt pauperes vel familiae adiutorio et affectu privantur vel a dono fidei sunt alieni.

10. Altioris ordinis pariter scholas, praesertim Universitates et Facultates Ecclesia sedula prosequitur cura. Quin etiam in iis quae ab ipsa dependet, organica ratione intendit ut singulae disciplinae propriis prindpiis, propria methodo atque propria inquisitionis scientificae libertate ita excolantur, ut profundior in dies earum intelligentia obtineatur et, novis progredientis aetatis quaestionibus ac investigationibus accuratissime consideratis, altius perspiciatur quomodo fides et ratio in unum verum conspirent, Ecclesiae Doctorum, praesertim S. Thomae Aquinatis vestigia premendo.⁸¹ Ita quidem veluti publica, stabilis atque universalis praesentia efficiatur mentis christianae in toto culturae altioris promovendae studio atque horum institutorum alumni formentur homines doctrina vere praestantes, gravioribus officiis in societate obeundis parati atque fidei in mundo testes.^{3?}

In Universitatibus Catholicis in quibus nulla Facultas S. Theologiae exstet, Institutum habeatur vel Cathedra S. Theologiae, in qua lectiones laicis quoque alumnis accommodatae tradantur. Cum scientiae per investigationes peculiare altioris scientifici momenti praecipue proficiant, in Universitatibus et Facultatibus catholicis Instituta maxime foveantur, quae primario investigationi scientificae promovendae inserviant.

Sancta Synodus valde commendat ut Universitates et Facultates catholicae in diversis terrae partibus convenienter distributae, promoveantur, ita tamen ut non huntierb, sed doctrinae studio eniteant; eorumque aditus facile pateat alumniŝ maioris spei, etsi tenuioris fortunae, iis praesenim qui e novis adveniant nationibus.

gaji posebne simpatije prema onim katoličkim školama, naročito na teritoriju mladih Crkava koje pohađaju i učenici nekatolici.

Uostalom, pri osnivanju i vođenju katoličkih škola treba voditi računa o potrebama današnjeg doba. Zato, dok se i dalje mora voditi briga o osnovnim i srednjim školama, koje postavljaju temelj odgoja, posebnu pozornost treba posvetiti i onim školama, koje su u današnje doba sve potrebnije, kao što su profesionalne⁹⁰ i tehničke škole, instituti za formaciju odraslih, za promicanje socijalne pomoći i instituti za one koji zbog prirodnog defekta trebaju posebnu pomoć, škole za spremanje učitelja za vjersku pouku i za druge oblike odgojne djelatnosti.

Sveti Sabor uvelike potiče pastire Crkve i sve vjernike da pomažu katoličke škole ne bojeći se nikakvih žrtava, kako bi što bolje ispunile svoj zadatak, te da se posebno zauzimaju za siromašne, za one koji su lišeni obiteljske ljubavi i oslona ili su daleko od milosti vjere.

Katolički fakulteti i sveučilišta

10. Isto se tako pomnjivo Crkva brine za visoke škole, naročito za sveučilišta i fakultete. Štoviše, u onima koje o njoj ovise sistematski nastoji da se pojedine discipline razvijaju prema Mastitim principima, vlastitom metodom i sa slobodom koja je potrebna za znanstveno istraživanje. Tako se njihove spoznaje sve više produbljuju, i uzevši najsavjesnije u obzir nova pitanja i rezultate istraživanja današnjice uviđa se kako teže za jednom istinom. U tome te škole slijede stope crkvenih učitelja, posebno svetog Tome Akvinskog.*¹ Promičući viši stupanj kulture kršćanski će duh tako biti javno, trajno i opće prisutan a učenici ovih instituta postat će zaista ljudi znanosti, spremni da u društvu preuzmu važne službe a u svijetu da budu svjedoci vjere.⁸²

c

Na katoličkim sveučilištima gdje nema teološkog fakulteta treba da postoji institut ili katedra teologije, gdje će se držati predavanja koja mogu slijediti i laici. Budući da znanosti napreduju naročito specijalnim istraživanjima strogo znanstvenog karaktera, na katoličkim sveučilištima i fakultetima treba nadasve gajiti institute koji će služiti prvenstveno promicanju znanstvenog istraživanja.

Sveti Sabor veoma preporuča da se katolička sveučilišta i fakulteti primjereno rasporede po različitim krajevima svijeta i da se ne ističu brojem nego znanstvenim radom. Neka njihova, vrata budu otvorena nadarenima studentima, makar bili i siromašni, a napose onima koji dolaze iz novonastalih nacija.

Quandoquidem sors societatis et ipsius Ecclesiae eum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime connectitur.⁸⁸ Ecclesiae Pastores non tantum impensam habeant curam de vita spirituali alumnorum qui Universitates Catholicas frequentant; sed de formatione spirituali omnium filiorum suorum solliciti, inter Episcopos consiliis opportune collatis, provideant ut etiam apud Universitates non catholicas convictus et centra universitaria catholica habeantur, in quibus sacerdotes, religiosi et laici, accurate selecti et praeparati, iuventuti universitariae spirituale et intellectuale adiutorium praebent permanens. Iuvenes autem melioris ingenii sive catholicarum sive aliarum Universitatum, qui ad docendum et investigandum apti videantur, peculiari cura excolantur et ad magisteria suscipienda promoveantur.

11. A scientiarum sacrarum Facultatum operositate plurimum exspectat Ecclesia.⁸⁴ Ipsi enim conceditur gravissimum officium proprios alumnos praeparandi non solum ad ministerium sacerdotale sed maxime sive ad docendum in superiorum studiorum ecclesiasticorum sedibus sive ad disciplinas propria ope promovendas sive ad magis ardua apostolatus intellectualis munera suscipienda. Ipsarum Facultatum item est varias sacrarum disciplinarum regiones altius pervestigare ita ut profundior in dies Sacrae Revelationis intellectus obtineatur, patrimonium sapientiae christianae a maioribus traditum plenius aperiat, dialogus cum fratribus seiunctis et cum non christianis promoveatur atque quaestionibus a doctrinarum progressu exortis respondeatur.⁸⁵

Quare ecclesiasticae Facultates, propriis ipsarum legibus opportune recognitis, scientias sacras et cum sacris connexas impense promoveant et recentioribus quoque methodis et auxiliis adhibitis, ad altiores investigationes auditores instituant.

12. Cum cooperatio, quae in ordine dioecesano, nationali et internationali altius in dies urgetur et invalescit, etiam in re scholastica maxime sit necessaria, omni ope curandum est ut inter scholas catholicas apta foveatur coordinatio, atque inter easdem ceterasque scholas provehatur collaboratio, quam universae hominum communitatis bonum requirit.⁸⁶ Ex maiore coordinatione sociaque opera praecipue in Institutorum academicorum ambitu uberiores fructus percipientur. In omni igitur Universitate variae Facultates mutuam sibi, prout obiectum siverit, praestent operam. Ipsae quoque Universitates mutua inter sese operae coniunctione conspirent, conventus interna-

Budući da je sudbina društva i same Crkve tijesno povezana s razvojem studenata viših škola,⁸⁸ neka crkveni pastiri „ne vode brigu o duhovnom životu studenata samo na katoličkim sveučilištima. Vodeći brigu o duhovnoj formaciji sve svoje djece, neka se —uz svrsishodno savjetovanje s biskupima — pobrinu da i uz nekatolička sveučilišta postoje katolički sveučilišni domovi i centri, u kojima će pažljivo izabrani i spremljeni svećenici, redovnici i laici pružati trajnu duhovnu i intelektualnu pomoć sveučilišnoj mladeži. Darovitije studente, bilo na katoličkim ili drugim sveučilištima, koji pokazuju i istraživačke sposobnosti, treba posebno izobraziti i osposobiti za preuzimanje nastavničke službe.

Teološki fakulteti

11. Crkva mnogo očekuje od djelatnosti teoloških fakulteta.³⁴ Njima povjerava veoma odgovornu dužnost, da spremaju svoje studente ne samo za svećeničku službu nego osobito da preuzmu službu predavača na katedrama viših crkvenih studija, da samostalnim radom unapređuju znanost ili da preuzmu odgovornije službe intelektualnog apostolata. Ovi fakulteti trebaju vršiti temeljita istraživanja na raznim područjima teologije, tako da bi se došlo do sve dubljeg razumijevanja Objave, da bi se što potpunije otkrila baština kršćanske mudrosti naslijeđena od otaca, da bi se promicao dijalog s odijeljenom braćom i s nekršćanima te da bi se našao odgovor na pitanja koja postavlja napredak znanosti.⁸⁵

Zato neka crkveni fakulteti, izvršivši potrebnu reformu svojih zakona, energično promiču teološke znanosti i one koje su s njima povezane. Primjenjujući suvremene metode i pomoćna sredstva neka svoje slušatelje uvode u dublja istraživanja.

Neophodnost usklađenosti na području školstva

12. Budući da je suradnja na dijecezanskom, nacionalnom i internacionalnom planu svakim danom sve hitnija i realnija, a i u školstvu se pokazuje veoma potrebna, svim silama treba nastojati da se katoličke škole svrsishodno koordiniraju te da se promiče suradnja između njih i drugih škola. Takvu suradnju traži dobro cijele ljudske zajednice.^{86*}

Jača koordinacija i zajednički rad, napose na području akademskih instituta, urodit će i obilnijim plodom. Neka na svakom sveučilištu fakulteti pružaju jedni drugima međusobnu pomoć, koliko to dopušta njihova narav. Neka i sama sveučilišta stupe u užu suradnju zajednički organizirajući internacionalne kongrese, podjeljujući među

tionales una simul promovendo, scientificas pervestigationes intersese distribuendo, iriventa vicissim communicando ac magistros ad tempus permutando inter se ceteraque quae ad maiorem adiutricem operam conferunt provehendo.

G>nclusio

S. Synodus ipsos iuvenes enhce hortatur ut praestantiae muneris edueandi conscii, ad illud suscipiendum generoso animo sint parati, in illis praesertim regionibus in quibus ob magistrorum inopiam iuventutis educatio in discrimine est.

Eadem S. Synodus, dum gratissimam se profitetur erga sacerdotes, religiosos, religiosas et laicos, qui evangelica sui deditione in praecellens educationis et scholarum cuiusvis generis et gradus opus incumbunt, eos hortatur ut in suscepto munere generose perseverent atque in alumnis spiritu Christi inbuendis, in paedagogica arte et in scientiarum studio ita excellere nitantur ut non solum internam Ecclesiae renovationem promoveant, sed eius beneficam praesentiam **in** mundo hodierno praesertim intellectuali servent et augeant.

Haec omnia et singula quae in hac Declaratione edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodallyter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum
die XXVIII mensis octobris anno MCMLXV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus
(Sequuntur Patrum subsignationes)

sobom razna područja znanstvenog istraživanja, priopćavajući jedna drugima svoja otkrića, razmjenjujući povremeno među sobom profesore i razvijajući sve inicijative koje mogu doprinijeti većoj međusobnoj suradnji.

ZAKLJUČAK

Sveti Sabor ozbiljno potiče mlade ljude da budu svjesni golemo značenja odgojne službe te budu spremni preuzeti je velikodušno, posebno u onim krajevima u kojima je ona u krizi zbog nedostatka učitelja.

Sveti Sabor zahvaljuje svećenicima, redovnicima, redovnicama i laicima koji se evanđeoskim samoprijegom posvećuju uzvišenoj službi odgoja i rada u školama bilo koje vrste ili stupnja. Potiče ih da velikodušno ustraju u preuzetoj službi i da se u pedagoškom umijeću i znanstvenom radu toliko ističu u formiranju učenika Kristovim duhom da bi promicali ne samo unutarnju obnovu Crkve nego da bi sačuvali i proširili njezinu blagotvornu prisutnost u suvremenom svijetu, napose među intelektualcima.

Sve ovo u cjeVni i u pojedinostima Jto je u ovoj deklaraciji određeno pribvatise oci presvetoga Sabora. I mi — apostolskom vlašću od Krista nam predanom — sve to, zajedno s časnim očima, u Dubu Svetom odobravamo, odlučujemo i određujemo te zapovijedamo da to što je saborski određeno na slavu Božju bude proglašeno.

U Rimu, kod Sv. Petra, dne 28. listopada godine 1965.

Ja, PAVAO, biskup katoličke Crkve
(slijede potpisi Otaca)

BILJEŠKE

¹ Među mnogim dokumentima koji govore o važnosti odgoja posebno vidi: BENEDICTUS XV, Ep. Apost. *Communes Litteras*, 10 apr. 1919: AAS 11 (1919) str. 172.

PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: AAS 22 (1930) str. 49—86.

PIUS XII, Alloc. ad Iuvenes A. C. I., 20 apr. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi VIII*, str. 53—57.

— Alloc. ad Patres familias Galliae, 18 sept. 1951: *Discorsi e Radiomessaggi XIII*, str. 241—245.

IOANNES XXIII, Nuntius tricesimo exacto anno ex quo Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri* editae sunt, 30 dec. 1959: AAS 52 (1960) str. 57—59.

PAULUS VI, Allocutio ad sodales F. I. D. A. E. (Federazione Istituti Dipendenti dali' Autorita Ecclesiastica), 30 dec. 1963: *Encicliche e Discorsi di S. S. Paolo VI I*, Roma 1964, str. 601—603.

Povrh toga treba pogledati *Acta et Documenta Concilio Oecumenico Vaticano II apparando, series I, Antepreparatoria*, vol. III, str. 363—364, 370—371, 373—374.

* Usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra 15 maii 1961*: AAS 53 (1961) str. 413, 415—417, 424.

— Litt. Encycl. *Pacem in tenis*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) str. 278 si.

* Usp. Opću deklaraciju o ljudskim pravima (Declaration des droits de F homme) što ju je 10. prosinca 1948. izglasala Generalna skupština Ujedinjenih Naroda; usp. i Declaration des droits de F enfant, 20 nov. 1959; Protocole additionnel a la convention de sauvegarde des droits de F homme et des liberte*s fondamentales, Pariš, 20 marš 1952; o navedenoj Općoj deklaraciji o ljudskim pravima usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in tenis*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) str. 295 si.

* Usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra*, 15 maii 1961: AAS 53 (1961) str. 402.

CONC. VAT. II, Constitutio Dogmatica *De Ecclesia*, n. 17: AAS 57 (1965) str. 21; Schema Constitutionis Pastoralis *De Ecclesia in mundo huius temporis* (1965), passim.

⁵ PIUS XII, Nuntius radiophonicus datus 24 dec. 1942: AAS 35 (1943) str. 12, 19.

IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in tenis*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) str. 259 si. Usp. i Deklaracije o čovjekovim pravima spomenute u bilješci 3.

* Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, 31 dec. 1929: AAS 22 (1930) str. 50 si.

- ⁷ Usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Mater et Magistra* 15, maii 1961: AAS 53 (1961) str. 441.
- ⁸ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divi Illius Magistri*, n. mj. str. 83.
» Usp. CONC. VAT. II, Constitutio dogm. *De Ecclesia*, br. 36: AAS 57 (1965) str. 41 si.
- ¹⁰ Usp. GONC. VAT. II, Schema Decreti *De Apostolatu Laicorum*, (1965) br. 12.
- ¹¹ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj. str. 59 si; Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge*, 14 martii 1937: AAS 29 (1937) str. 164 si.
- PIUS XII, Allocutio ad primum congressum nationalem Consociationis Italicae Magistrorum catholicorum (A.I.M.C.), 8 sept. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi VIII*, str. 218.
- ¹⁸ Usp. CONC. VAT. II, Constitutio dogmatica *De Ecclesia*, br. 11 i 35: AAS 57 (1965) str. 16, 40 si.
- ¹⁸ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj. str. 63 sL
- PIUS XII, Nuntius radiophonicus datus 1 iunii 1941; AAS 33 (1941) str. 200; Allocutio ad primum Congressum nationalem Consociationis Italicae Magistrorum catholicorum, 8 sept. 1946: *Discorsi e Radiomessaggi VIII*, str. 218.
- O prindpu supsidijarnosti usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) str. 294.
- ¹⁴ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 53 si, 56 si.
— Litt. Encycl. *Non abbiamo bisogno*, 29 iunii 1931: AAS 23 (1931) str. 311 si.
- PIUS XII, Litt. Secretariae Status ad XXVIII Hebdomadam Soc. Ital. 20 sept. 1955: *L'Osservatore Romano*, 29. sept. 1955.
- ¹⁵ Crkva hvali one dvilne, mjesne, narodne i međunarodne vlasti koje, svjesne gorućih potreba današnjeg vremena, nastoje svim silama da svi narodi postanu dionid potpunijeg odgoja i ljudske kulture. Usp. PAULUS VI, Allocutio coram Foederatarum Nationum Coetu generali, 4 oct. 1965: *L'Osservatore Romano*, 6 oct. 1965.
- " Usp. PIUS XI, Motu proprio *Orbem Catholicum*, 29 iunii 1923: AAS 15 (1923) str. 327—329; Decretum *Provide sane*, 12 ian. 1935: AAS 27 (1935) str. 145—152. CONC. VAT. II, Decretum *De pastoralis Episcoporum munere in Ecclesia*, br. 13 i 14.
- ". Usp. CONC. VAT. II, Constit. *De sacra Uturgia*, br. 14: AAS 56 (1964) str. 104.
- ¹⁸ Usp. CONC. VAT. II, Decretum *De instrumentis communicationis* jocra/ii, br. 13. i 14: AAS 56 (1964) str. 149.
- ¹⁹ Usp: PIUS XI, *Utt. Encycl. Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 76: PIUS XII, Allocutio ad Assodationem Magistrorum Catholicorum Bavariae, 31 dec. 1956: *Discorsi e Radiomessaggi XVIII*, str. 746.
- «• Usp. CONC. PROV. CINCINNATENSE III, a. 1861: Collatio La-censis, III, col. 1240, c/d; PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 60, 63 si.
- ²¹ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 63: Litt. Encycl. *Non abbiamo bisogno*, 29 iunii 1931: AAS 23 (1931) str. 305.
- PIUS XII, Litt. Secretariae Status ad XXVIII Hebdomadam Soc. Ital., 20 sept. 1955: *L'Osservatore Romano*, 29 sept. 1955.
- PAULUS VI, Allocutio ad Associationem Christianam Operariorum Italiae (A. C. L. I.), 6 oct. 1963: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI I*, Roma 1964, str. 230.

²² Usp. IOANNES XXIII, Nuntius tricesimo exacto anno ex quo Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri* editae sunt, 30 dec. 1959: AAS 52 (1960) str. 57.

²⁸ Crkva mnogo drži do apostolskog djelovanja koje u tim školama mogu vršiti katolički učitelji i učenici. Usp. CONC. VAT. II, Schema Decreti *De Apostolatu Laicorum* (1965), br. 12 i 16.

²⁴ Usp. CONC. VAT. II, Schema Declarationis *De Libertate Religiosa* (1965), br. 5.

" Usp. CONC. PROV. WESTMONASTERIENSE I, a. 1852: Collatio Lacensis ili, col. 1334, a/b — PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 77 si.

— PIUS XII, Allocutio ad Associationem Magistrorum Catholicorum Bavariae, 31 dec. 1956: *Discorsi e Radiomessaggi XVIII*, str. 746. — PAULUS VI, Allocutio ad sodales F. I. D. A. E. (Federazione Istituti Dipendenti dali' Autorita Ecclesiastica), 30 dec. 1963: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI I*, Roma 1964, str. 602 si.

²⁶ Usp. naročito dokumente navedene pod bilj. 1; osim toga ovo pravo Crkve proglašuju mnogi pokrajinski sabori i najnovije deklaracije brojnih biskupskih konferencija.

²⁷ Usp. PIUS XI, Litt. Encycl. *Divini Illius Magistri*, n. mj., str. 80 si. — PIUS XII, Allocutio ad Consociationem (U. C. I. I. M.), 5 sept. 1959: *Discorsi, Messaggi, Coll'oqui I*, Roma 1960, str. 427—431.

²⁸ Usp. PIUS XII, Allocutio ad Consociationem Cathol. Italicam Magistrorum scholarum secundariarum (U. C. I. I. M.), 5 ian. 1954, n. mj., str. 555.

²⁹ Usp. PAULUS VI, Allocutio ad Offidum Internationale Educationis Catholicae (O. I. E. C.), 25 febr. 1964: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI II*, Roma 1964, str. 232.

⁸⁰ Usp. PAULUS VI, Allocutio ad Associationem Christianam Operariorum Italiae (A. C. L. I.), 6. oct. 1963: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI I*, Roma 1964, str. 229.

⁸¹ Usp. PAULUS VI, Allocutio coram VI Congressu Thomistico Internationali, 10 sept. 1965: *L'Osservatore Romano*, 13—14 sept. 1965.

⁸² Usp. PIUS XII, Allocutio ad magistros et alumnos Institutorum Superiorum Catholic. Galliae, 21 sept. 1950: *Discorsi e Radiomessaggi XII*, str. 219—221; Litterae ad XXII Congressum »Pax Romana«, 12 aug. 1952: *Discorsi e Radiomessaggi XIV*, str. 567—569. — IOANNES XXIII, Allocutio ad Foederationem Universitatum Catholicarum, 1 apr. 1959: *Discorsi, Messaggi, Colloqui I*, Roma, 1960, str. 226—229. — PAULUS VI, Allocutio ad Senatum Academicum Universitatis Catholicae Mediolanensis 5 apr. 1964: *Encicliche e Discorsi di Paolo VI II*, Roma 1964, str. 438—443.

⁸⁸ Usp. PIUS XII, Allocutio ad Senatum Academicum et alumnos Universitatis Romanae, 15 iunii 1952: *Discorsi et Radiomessaggi XIV*, str. 208: »Upravljanje sutrašnjim društvom položeno je u prvom redu u duh i srce današnjih sveučilištaraca«.

⁸⁴ Usp. PIUS XI, Constitutio Apostolica *Deus Scientiarum Dominus*, 24 maii 1931: AAS 23 (1931) str. 245—247.

>,* Usp. PIUS XII, Litt. encycl. *Humani Generis*, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950) str. 568 sl., 578.— PAULUS VI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Suam*, Pars III, 6 aug. 1964: AAS 56 (1964) str. 637—659. — CONC. VAT. II, Decretum *De Oecumenismo*: AAS 57 (1965) str. 90—107.

!*" Usp. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in tenis*, 11 apr. 1963: AAS 55 (1963) str. 284 i passim.

DEKLARACIJA
O ODNOSU CRKVE PREMA
NEKRŠĆANSKIM RELIGIJAMA

**PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS
AD PERPETUAM REI MEMORIAM**

**DECLARATIO
DE ECCLESIAE HABITUDINE AD RELIGIONES
NON-CHRISTIANAS**

1. NOSTRA AETATE, in qua genus humanum in dies arctius unitur et necessitudines inter varios populos augentur, Ecclesia attentius considerat quae sit sua habitudo ad religiones non-christianas. In suo munere unitatem et caritatem inter homines, immo et inter gentes, fovendi ea imprimis hic considerat quae hominibus sunt communia et ad mutuuum consortium ducunt.

Una enim communitas sunt omnes gentes, unam habent originem, cum Deus omne genus hominum inhabitare fecerit super universam faciem terrae,¹ unum etiam habent finem ultimum, Deum, cuius providentia ac bonitatis testimonium et consilia salutis ad omnes se extendunt,² donec uniantur electi in Civitate Sancta, quam claritas Dei illuminabit, ubi gentes ambulabunt in lumine eius.⁸ Homines a variis religionibus responsum exspectant de reconditis condicionis humanae aenigmatibus, quae sicut olim et hodie corda hominum intime commovent: quid sit homo, quis sensus et finis vitae nostrae, quid bonum et quid peccatum, quem ortum habeant dolores et quem finem, quae sit via ad veram felicitatem obtinendam, quid mors, iudicium et retributio post mortem, quid demum illud ultimum et ineffabile mysterium quod nostram existentiam amplectitur, ex quo ortum sumimus et quo tendimus.

2. Iam ab antiquo usque ad tempus hodiernum apud diversas gentes invenitur quaedam perceptio illius arcanae virtutis, quae cursui

PAVAO BISKUP
SLUGA SLUGU BOŽJIH
ZAJEDNO S OČIMA SVETOGA SABORA
NA TRAJAN SPOMEN

DEKLARACIJA
»NOSTRA AETATE«
o odnosu Crkve prema nekršćanskim religijama

Uvod

1. U naše vrijeme, kad se ljudski rod iz dana u dan sve uže sjedinjuje i kada rastu međusobne veze između različitih naroda, i Crkva pažljivo promatra u kakvom odnosu stoji prema nekršćanskim religijama. Na osnovi svoje zadaće da promiče jedinstvo i ljubav među ljudima a također i među narodima, ona prije svega svraća svoju pozornost na ono što je ljudima zajedničko i što ih vodi do među sobnog zajedništva.

Svi su naime narodi jedna zajednica; imaju isti iskon, jer je Bog sav ljudski rod nastanio po svojoj površini zemaljskoj;¹ svima je posljednji cilj Bog, čija se providnost i svjedočanstvo dobrote, a i naum spasenja protežu na sve,² dok se ne sjedine izabrani u svetom gradu koji će osvjetliti Božji sjaj, gdje će narodi hoditi u njegovu svjetlu.⁸ Ljudi očekuju od različitih religija odgovor o skrivenim zagonetkama ljudske egzistencije koje, kao nekada tako i danas, duboko uzbuđuju ljudska srca: što je čovjek, što je smisao i cilj našega života, što je dobro a što je grijeh, odakle boli i zašto, koji put vodi do istinske sreće, što je smrt, sud i nagrada nakon smrti i što je napokon onaj konačni i neizrecivi misterij koji obuhvaća našu egzistenciju i odakle smo došli i kamo idemo?

Različne vjeroispovijesti

2. Već od najstarijih pa sve do današnjih vremena nalazimo kod različitih naroda neko zamjećivanje one tajanstvene moći koja je pri-

rerum et eventibus vitae humanae praesens est, immo aliquando agnitione Summi Numinis vel etiam Patris. Quae perceptio atque agnitione vitam earum intimo sensu religioso penetrant. Religiones vero cum progressu culturae connexae subtilioribus notionibus et lingua magis exculta ad easdem quaestiones respondere satagunt. Ita in Hinduismo homines mysterium divinum scrutantur et exprimunt inexhausta fecunditate mythorum et acutis conatibus philosophiae, atque liberationem quaerunt ab angustiis nostrae condicionis vel per formas vitae asceticae vel per profundam meditationem vel per refugium ad Deum cum amore et confidentia. In Buddhismo secundum varias eius formas radicalis insufficientia mundi huius mutabilis agnoscitur et via docetur qua homines, animo devoto et confidente, sive statum perfectae liberationis acquirere, sive, vel propriis conatibus vel superiore auxilio innixi, ad summam illuminationem pertingere valeant. Sic ceterae quoque religiones, quae per totum mundum inveniuntur, inquietudini cordis hominum variis modis occurrere nituntur proponendo vias, doctrinas scilicet ac praecepta vitae, necnon ritus sacros.

Ecclesia catholica nihil eorum, quae in his religionibus vera et sancta sunt, reicit. Sincera cum observantia considerat illos modos agendi et vivendi, illa praecepta et doctrinas, quae, quamvis ab iis quae ipsa tenet et proponit in multis discrepent, haud raro referunt tamen radium illius Veritatis, quae illuminat omnes homines. Annuntiat vero et annuntiare tenetur indesinenter Christum, qui est »via et veritas et vita« (Io. 14, 6), in quo homines plenitudinem vitae religiosae inveniunt, in quo Deus omnia Sibi reconciliavit.*

Filios suos igitur hortatur, ut cum prudentia et caritate per colloquia et collaborationem cum aequalibus aliarum religionum, fidem et vitam christianam testantes, illa bona spiritualia et moralia necnon illos valores socio-culturales, quae apud eos inveniuntur, agnoscant, servent et promoveant.

3. Ecclesia cum aestimatione quoque Muslimos respicit qui unicum Deum adorant, viventem et subsistentem, misericordem et omnipotentem, Creatorem caeli et terrae,⁵ homines allocutum, cuius occultis etiam decretis toto animo se submittere student, sicut Deo se submitit Abraham ad quem fides islamica libenter sese refert. Iesum, quem quidem ut Deum non agnoscunt, ut prophetam tamen venerantur, matremque eius virginalem honorant Mariam et aliquando eam devote etiam invocant. Diem insuper iudicii expectant cum Deus omnes homines resuscitados remunerabit. Exinde vitam moralem aestimant et Deum maxime in oratione, elemosinis et ieiunio colunt.

Quodsi in decursu saeculorum inter Christianos et Muslimos non paucae dissensiones et inimicitiae exortae sint, Sacrosacra Svuodus omnes exhortatur, ut, praeterita obliviscente se ad comprehensionem

sutna tokovima svijeta i događajima čovječjeg života, a ponekad dapače priznavanje najvišeg božanstva ili također Oca. To zamjećivanje i priznavanje prožima njihov život dubokim religioznim smislom. A religije, ako su povezane s napretkom kulture, nastoje raščlanjenijim pojmovima i profinjenijim jezikom odgovoriti na ista pitanja. Tako u hinduizmu ljudi istražuju i izražavaju Božji misterij neiscrpivom plodnošću mitova i oštroumnim pokušajima filozofije, a traže oslobođenje od tjeskobe naše egzistencije ili oblicima asketskog života, ili dubokim razmatranjem ili se utječu Bogu u ljubavi i pouzdanju. U budizmu se, već* prema njegovim različitim oblicima, priznaje korjenita nedostatnost ovoga promjenljivoga svijeta te se naučava put kojim će ljudi pobožno i s pouzdanjem postići bilo stanje savršenog oslobođenja ili će uspjeti, svojim vlastitim snagama ili višnjom, pomoći, doprijeti do vrhunskog rasvjetljenja. Tako i ostale religije širom svega svijeta nastoje različitim načinima priteći u pomoć nemiru ljudskoga srca predlažući putove, tj. nauke i zapovijedi života i svete obrede.

Katolička Crkva ne odbacuje ništa što li tim religijama ima istinita i sveta. S iskrenim poštovanjem promatra te načine djelovanja i življenja, te zapovijedi i nauke koje, premda se u mnogome razlikuju od onoga što ona sama drži i naučava, ipak nerijetko odražavaju zraku one Istine što prosvjetljuje .sve ljude. Ali ona bez prekida naviješta i dužna je naviještati Krista, »koji je put, istina i život« (Iv 14.,6), u kome ljudi nalaze puninu religioznog života, u kome je Bog sve sa sobom pomirio.⁴

Ona stoga bodri svoje sinove da razborito i s ljubavlju putem razgovora i suradnje sa sljedbenicima ostalih religija, svjedočeći kršćansku vjeru i život, priznaju, čuvaju i promiču ta duhovna i moralna dobra kao i te socijalno-kulturne vrednote.

Islamska vjeroispovijest

3. Crkva gleda s poštovanjem i muslimane, koji se klanjaju jedi nomu Bogu, živome i subzistentnome, milosrdnom i svemogućem, stvoritelju neba i zemlje,⁵ koji je govorio ljudima. Oni se svom dušom nastoje podložiti njegovim skrovitim odlukama, kao što se Abraham, na koga se islamska vjera rado, poziva, podložio Bogu. Oni Isusa, istina, ne priznaju Bogom, ali ga ipak časte kao proroka, a također i njegovu djevičansku majku Mariju. Nju ponekad i pobožno zazivaju. Osim-toga iščekuju dan suda, kad će Bog naplatiti svim uskrslim ljudima. Zato cijene moralni život, a Boga štitiju napose molitvom, milostinjom i postom. < <

Budući da je tijekom stoljeća između kršćana i muslimana dolazilo do čestih sukoba i neprijateljstava, Sveti Sabor poziva: sve da se, zaboravivši što je bilo, iskreno trude oko međusobnog razumije-

mutuam sincere exercent et pro omnibus hominibus iustitiam socialem, bona moralia necnon pacem et libertatem communiter tueantur et promoveant.

4. *Mysterium Ecclesiae perscrutans, Sacra haec Synodus meminit vinculi, quo populus Novi Testamenti cum stirpe Abrahae spiritualiter coniunctus est.*

Ecclesia enim Christi agnoscit fidei et electionis suae initia iam apud Patriarchas, Moysen et Prophetas, iuxta salutare Dei mysterium, inveniri. Confitetur omnes Christifideles, Abrahae filios secundum fidem,⁶ in eiusdem Patriarchae vocatione includi et salutem Ecclesiae in populi electi exitu de terra servitutis mystice praesignari. Quare nequit Ecclesia oblivisci se per populum illum, quocum Deus ex ineffabili misericordia sua Antiquum Foedus inire dignatus est, Revelationem Veteris Testamenti accepisse et nutriri radice bonae olivae, in quam inserti sunt rami oleastri Gentium.⁷ Credit enim Ecclesia Christum, Pacem nostram, per crucem Iudaeos et Gentes reconciliasse et utraque in Semetipso fecisse unum.

Semper quoque prae oculis habet Ecclesia verba Apostoli Pauli de cognatis eius, »quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa, quorum patres et ex quibus est Christus secundum carnem« (Rom. 9, 4-5), filius Mariae Virginis. Recordatur etiam ex populo iudaico natos esse Apostolos, Ecclesiae fundamenta et columnas, atque plurimos illos primos discipulos, qui Evangelium Christi mundo annuntiaverunt.

Teste Sacra Scriptura, Ierusalem tempus visitationis suae non cognovit,⁹ atque Iudaei magna parte Evangelium non acceperunt, immo non pauci diffusioni eius se opposuerunt.¹⁰ Nihilominus, secundum Apostolum, Iudaei Deo, cuius dona et vocatio sine poenitentia sunt, adhuc carissimi manent propter Patres.¹¹ Una cum Prophetis eodemque Apostolo Ecclesia diem Deo soli notum expectat, quo populi omnes una voce Dominum invocabunt et »servient ei umero uno« (Soph. 3, 9).«

Cum igitur adeo magnum sit patrimonium spirituale Christianis et Iudaeis commune, Sacra haec Synodus mutuam utriusque cognitionem et aestimationem, quae praesertim studiis bilicis et theologicis atque fraternis colloquiis obtinetur, fovere vult et commendare.

Etsi auctoritates Iudaeorum cum suis asecclis mortem Christi urserunt,¹¹ tamen ea quae in passione Eius perpetrata sunt nec omnibus indistincte Iudaeis tunc viventibus, nec Iudaeis hodie impunitari possunt. Licet autem Ecclesia sit novus populus Dei, Iudaei

vanja i da zajednički štite i promiču socijalnu pravdu, čudoredna dobra, mir i slobodu za sve ljude,

Židovska vjeroispovijest

4. Istražujući misterij Crkve, ovaj se Sveti Sabor sjeća veze kojom je narod Novoga saveza duhovno povezan s rodom Abrahamovim.

Kristova Crkva priznaje da se počeci njezine vjere i izabranja, po spasonosnom Božjem otajstvu, nalaze već kod patrijarha, Mojsija i prorokS. Ona ispovijeda da su svi vjemici-kršćani, Abrahamovi sinovi po vjeri,* uključeni u pozvanje istog patrijarhe i da se spas Crkve mistično predoznačuje u izlasku izabranog naroda iz zemlje ropstva. Stoga Crkva ne može zaboraviti da je po onom narodu, s kojim se Bog udostojio iz svog neizrecivog milosrđa sklopiti Stari savez, primila objavu Staroga zavjeta i da je hrani korijen dobre masline u koju su ucijepljene grane-divljake naroda.⁷ Jer Crkva vjeruje da je Krist, naš mir, križem pomirio Židove i pogane i oboje u sebi učinio jednim.⁸

Crkva ima također neprestano pred očima riječi apostola Pavla o svojim sunarodnjacima, kojima »pripada: posinjenje i Slava, Savezi i zakonodavstvo, bogoštovlje i obećanja; njihovi su patrijarsi, od kojih potječe Krist po tijelu« (Rim 9, 4-5), sin Djevice Marije. Sjeća se također da apostoli, temelji i stupovi Crkve, a i mnogi od onih prvih učenika koji su navijestili Kristovo evanđelje svijetu potječu od židovskog naroda.

Kako svjedoči Sveto pismo, Jeruzalem nije spoznao vrijeme svog pohoda,⁹ i Židovi velikim dijelom nisu primili evanđelja, dapače mnogi su se suprotstavili njegovu širenju.¹⁰ Usprkos tomu, prema Apostolu, Židovi ostaju sveudilj vrlo dragi Bogu, čiji su nepožaljeni dar i pozvanje, zbog otaca.¹¹ Zajedno s prorocima i s istim apostolima očekuju dan, koji je znan samo Bogu, u koji će svi narodi jednim glasom zazivati Gospodina i »služiti¹ mu jednodušno« (Sef 3, 9).«

Kad je dakle kršćanima i Židovima zajednička tako velika duhovna baština, ovaj Sveti Sabor želi gajiti i preporučiti međusobno pozna* vanje i poštivanje jednih i drugih, koje se zadobiva osobito biblijskim i teološkim studijem i bratskim razgovorima.

Premda su židovske vlasti sa svojim sljedbenicima insistirale na Kristovoj smrti,« ipak se ono što je u njegovoj mucijerini počinjeno ne može računavati niti svim Židovima bez razlike koji su tada živjeli, niti današnjim Židovima. Iako je Crkva novi Božji narod, neka se

tamen neque ut a Deo reprobati neque ut maledicti exhibeantur, quasi hoc ex Sacris Litteris sequatur. Ideo curent omnes ne in catechesi et in verbi Dei praedicatione habenda quidquam doceant, quod cum veritate evangelica et spiritu Christi non congruat.

Praeterea, Ecclesia, quae omnes persecutiones in quosvis homines reprobat, memor communis cum Iudaeis patrimonii, nec rationibus politicis sed religiosa caritate evangelica impulsam, odia, persecutiones, antisemitis manifestaciones, quovis tempore et a quibusvis in Iudaeos habita, deplorat.

Ceterum Christus, uti semper tenuit et tenet Ecclesia, propter peccata omnium hominum voluntarie passionem suam et mortem immensa caritate obiit, ut omnes salutem consequantur. Ecclesiae praedicantis ergo est annuntiare crucem Christi tamquam signum universalis Dei amoris et fontem omnis gratiae.

5. Nequimus vero Deum omnium Patrem invocare, si erga quosdam homines, ad imaginem Dei creatos, fraterne nos gerere renuimus. Habitudo hominis ad Deum Patrem et habitudo hominis ad homines fratres adeo connectuntur, ut Scriptura dicat: »qui non diligit, non novit Deum« (1 Io. 4, 8).

Fundamentum ergo tollitur omni theoriae vel praxi quae inter hominem et hominem, inter gentem et gentem, discrimen quoad humanam dignitatem et iura exinde dimanantia inducit.

Ecclesia igitur quamvis hominum discriminationem aut vexationem stirpis vel coloris, condicionis vel religionis causa factam tamquam a Christi mente alienam, reprobat. Proinde, Christifideles Sacra Synodus, vestigia Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli premens, ardentem obsecrat ut »conversationem___ inter gentes habentes bonam« (1 Pt. 2, 12), si fieri potest, quod in eis est cum omnibus hominibus pacem habeant,¹⁴ ita ut vere sint filii Patris qui in caelis est.¹⁵

Haec omnia et singula quae in hac Declaratione edicta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, Ma, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum, die XXVIII mensis octobris anno
MCMLXV

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus
(Sequuntur Patrum subsignationes)

ipak Židovi ne prikazuju kao da su od Boga odbačeni i prokleti, kao da bi to proizlazilo iz Svetoga pisma. Stoga neka svi paze da u katehezi i u propovijedanju Božje riječi ne naučavaju nešto što se ne bi slagalo s evanđeoskom istinom i Kristovim duhom.

Stoga Crkva, koja osuđuje sve progone protiv bilo kojih ljudi, sjećajući se zajedničke baštine sa Židovima, potaknuta religioznom evanđeoskom ljubavlju a ne političkim motivima, žali mržnju, progone, očitovanja antisemitizma kojima su u bilo koje vrijeme i s bilo koje strane Židovi bili pogođeni.

Uostalom Krist je, kako je Crkva uvijek držala i drži, pretrpio svoju muku i smrt dobrovoljno, neizmjernom ljubavlju, zbog grijeha svijui ljudi, da bi svi postigli spasenje. Dužnost je dakle Crkve kad propovijeda da naviješta Kristov križ kao znak opće Božje ljubavi i izvor sve milosti.

Sveopće bratstvo

5. Ne možemo naime zazivati boga, Oca svijui, aico otklanjamo da se bratski ponašamo prema nekim ljudima, stvorenima na Božju sliku. Odnos se čovjeka prema Bogu Ocu s odnosom čovjeka prema ljudskoj braći tako povezuje da Pismo kaže: »Tko ne ljubi, iiii upoznao Boga« (1 Iv 4, 8).

Time se uklanja temelj svakoj teoriji ili praksi koja izmetu čovjeka i čovjeka, između naroda i naroda uvodi diskriminaciju u ljudskom dostojanstvu i u pravima koja odatle proizlaze.

Crkva dakle osuđuje svaku diskriminaciju. Ljudi koja se provodi zbog rase ili boje, društvenog položaja ili religije kao stranu Kristovu duhu. Zato Sveti Sabor idući tragovima svetih apostol« Petrai Pavla, žarko zaklinje kršćane-vjernike da »vladajući se lijepo među poganima« (1 Pt 2, 12), ako je moguće, koliko je do njih, žive u miru sa svim ljudima,¹⁴ tako da budu doista sinovi Oca koji je na nebesima.¹⁵

Sve ovo u cjelini i u pojedinostima što je u ovoj Deklaraciji određeno prihvatitše oci Svetoga Sabora, i mi apostolskom vlašću, od Krista nam predanom, sve to zajedno s časnim očima u Duhu Svetome odobravamo, odlučujemo i određujemo te zapovijedamo da to što je saborski određeno na slavu Božju bude proglašeno.

U Rimu, kod Sv. Petra, dne 28. listopada 1965.

Ja, PAVAO, biskup katoličke Crkve
(slijede potpisi Otaca)

BILJEŠKE

- '» Usp. Dj 17, 26.
- Usp. Mudr 8, 1; Dj 14, 17; Rim 2, 6-7; 1 Tim 2, 4.
- » Usp. Dj 21, 23 si.
- « Usp. 2 Kor 5, 18-19.
- »Usp. Sv. GRGUR VII, *Epist. III, 21 Anaziru (Al-Nasir), kralju Mauretaniie, izd. E. Caspar u MGH, Ep. sel. II, 1920, I str. 288, 11-15; Pl 148, 451 A.*
- Usp. Gal 3, 7.' *
- »Usp. Rim 11, 17-24.
- « Usp. Ef 2, 14-16.
- Usp. Lk 19, 44.
- »• Usp. Rim 11, 28.
- " Usp. Rim 11, 28—29; KONG. VAT. II, *Dogm. Kbnst. o Crkvi, Lumen Gentium, AAS 57 (1965), br. 1, str. 20.*
- »« Usp. I2 66, 23; Ps 65, 4; Rim U, 11-32.
- »Usp. Ivl9,6.
- *« Usp. Rim I£ 18.
- "Usp. Mt 5, 45.

**DOGMATSKA KONSTITUCIJA
O BOŽANSKOJ OBJAVI**

PAULCS EPISCOPUS
ŠERVUS SERVORUM DEI
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

CONSTITUTIO DOGMATICA DE DIVINA REVELATIONE

Prooemium

1. DEI VERBUM religiose audiens et fidenter proclamans, Sacrosancta Synodus verbis S. Ioannis obsequitur dicentis: »Adnuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus adnuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo« (1 Io. 1, 2-5), Propterea, Ojnci Horum Tridentini et Vaticani I inhaerens vestigiis, genuinam de divina revelatione ac de eius transmissione doctrinam proponere intendit, ut salutis praeconio mundus universus audiendo credat, credendo speret, sperando amet. V

C a p u t I DE IPSA

REVELATIONE

2. Placuit Deo in sua bonitate et sapientia Seipsum revelare et notum facere sacramentum voluntatis suae (cf. Eph. 1, 9), quo homines per Oiristum, Verbum carnem factum, in Špiritu Sancto accessum habent ad Patrem et divinae naturae consortes efficiuntur (cf. Eph. 2, 18; 2 Petr. 1, 4). Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cf. Gol. 1, 15; 1 Tim. 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cf. Ex. 33, 11; Io. 15, 14-15) et cum eis conversatur (cf. Bar. 3, 38), ut eos ad societatem Secum invitet

**PAVAO BISKUP
SLUGA SLUGU BOŽJIH
ZAJEDNO S OČIMA SVETOGA SABORA
NA TRAJAN SPOMEN**

**DOGMATSKA KONSTITUCIJA
»DEIVERBUM« o
božanskoj objavi**

Proslov

1. BOŽJU RIJEČ pobožno slušajući i vjerno je proglašavajući Sveti sabor slijedi sv. Ivana koji veli: »Navješćujemo Vam život vječni, koji bijaše kod Oca i pokazao se nama: što smo vidjeli i čuli navješćujemo vama, da i vi imate s nama zajedništvo, a zajedništvo naše je s Ocem i sa Sinom njegovim Isusom Kristom« (.1 Iv 1, 2-3). Stoga, idući stopama Koncila tridentinskog i Prvog vatikanskog, Sabor hoće iznijeti pravu nauku o Božjoj objavi i njezinu prenošenju* da sav svijet navještaj spasenja čuje i vjeruje, vjeruje i ufa se, ufa se i ljubi.'

I glava

STVARNOST OBJAVE

Narav i predmet objave

2. U svojoj dobroti i mudrosti odlučio je Bog da objavi Sebe i da saopći Otajstvo svoje volje (usp. Ef .1, 9) kojim ljudi po Kristu, Riječi koja tijelo postade, u Duhu Svetom imaju pristup k Ocu i po staju zajedničari božanske naravi (usp. Ef 2, 18; 2 Pt 1, 4). I tako, ovom objavom nevidljivi Bog (usp. Kol¹, 15; 1 Tim 1, 17) u bujici svoje ljubavi zapodijeva razgovor s ljudima kao prijateljima (usp. Izl 33, 11; Iv 15, 14-15) i s njima druguje (usp. Bar 3, 38) da ih pozove u zajedništvo sa sobom i da ih u nj prigrlji.

ia eamque suscipiat. Haec revelationis oeconomia fit gestis vcrbisque intrinsece inter se connexis, ita ut opera, in historia saiuu* a Deo patrata, doctrinam et res verbis significatas manifestent ac corroborent, verba autem opera proclamant et mvsterium in eis contentum elucident. Intima autem per hane revelationem tam de *Tko* quam de hominis salute veritas nobis in Christo illucescit, qui mediator simul et plenitudo totius revelationis existit.²

3. Deus, per Verbum omnia cfeans (cf. Io. 1, 3) et conservans, in rebus creatis perenne sui testimonium hominibus praebet (cf. Rom. 1, 19-20) et, viam salutis supernae aperire iritendens, insuper protoparentibus inde ab initio Semetipsum manifestavit. Post eorum autem lapsum eos, redemptione promissa, in spem salutis erexit (cf. Gen. 3, 15) et sine intermissione generis humani curam egit, ut omnibus qui secundum patientiam boni operis salutem quaerunt, vitam aeternam daret (cf. Rom. 2, 6-7). Suo autem tempore Abraham vocavit, ut faceret eum in gentem magnam (cf. Gen. 12, 2-3), quam post Patriarchas per Moysen et Prophetas erudit ad se solum Deum vivum et verum, providum Patrem et iudicem iustum agnoscendum, et ad promissum Salvatorem expectandum, atque ita per saecula viam Evangelio praeparavit.

4. Postquam vero multifariam multisque modis Deus locutus est in Prophetis, »novissime diebus istis locutus est nobis in Filio« (Hebr. 1, 1-2). Misit enim Filium suum, aeternum scilicet Verbum, qui omnes homines illuminat, ut inter hbmnes habitaret iisque intima Dei enarraret (cf. Io. 1, 1-18). Iesus Christus ergo, Verbum caro factum, »homo ad homines« missus,⁸ »verba Dei loquitur« (Io. 3, 34), et opus salutare consummat quod dedit ei Pater faciendum (cf. Io. 5, 36; 17, 4). Quapropter Ipse, quem qui videt, videt et Patrem (cf. Io. 14, 9), tota Suiipsius praesentia ac manifestatione, verbis et operibus, signis et miraculis, praesertim autem morte sua et gloriosa ex mortuis resurrectione, misso tandem Spiritu veritatis, revelationem complendo perficit ac testimonio divino confirmat, Deum nempe nobiscum esse ad nos ex peccati mortisque tenebris liberandos et in aeternam vitam resuscitandos.

Oeconomia ergo christiana, utpote foedus novum et definitivum, numquam praeteribit, et nulla iam nova revelatio publica expcctanda est ante gloriosam manifestationem Domini nostri Iesu Christi (cf. 1 Tim. 6, 14 et Tit. 2, 13),

Taj brižljivi rasporedaj objave ostvaruje se zahvatima i riječima, iznutra među sobom povezanim, tako da djela koja je Bog u povijesti spasenja izveo pokazuju i potkrepljuju nauku i stvari. Što ih riječi označuju, a riječima se proglašuju djela i osvjetljuje misterij u njima sadržan. Po toj nam je objavi dubina istine o Bogu i o čovjekovu spasenju u punom svjetlu zasjala u Kristu koji je ujedno i posrednik i punina sve objave.²

Priprava evanđeoske objave

3. Bog, koji po Riječi sve stvara (usp. Iv 1, 3) i uzdržava, pruža ljudima u stvorenjima trajno svjedočanstvo o sebi (usp. Rim 1, 19-20). Hoteći pak da otvori put višnjeg spasenja, on je povrh toga već od početka praroditeljima otkrio samog sebe. A po njihovu padu on ih je, obećavši otkupljenje, podigao dajući im nadu u spasenje (usp. Post 3, 15); ne sustajući vodio je brigu za ljudski rod da svima koji, ustrajni u dobrim djelima, traže spasenje dade život vječni (usp. Rim 2, 6-7). A u svoje vrijeme pozva Abrahama da ga učini velikim narodom (usp. Post 12, 2). Taj je narod, nakon patrijarha, po Mojsiju i prorocima poučavao da upozna Njega, jedinoga Boga živoga i istinskoga, brižljivog Oca i pravednog suca, i da išče kuje obećanog Spasitelja. I tako je kroz vjekove pripravio put Evanđelju.

Krist dovršuje objavu

4. A pošto je u mnogo navrata i na različite načine Bog govorio u prorocima, »konačno, u ove dane, progovori nama u Sinu« (Heb 1, 1-2). Posla naime svoga Sina, vječnu Riječ, koji prosvjetljuje sve ljude da se među ljudima nastani i da ih uputi u najnutarnije tajnosti Božje (usp. Iv 1, 1-18). Dakle, Isus Krist, Riječ utjelovljena, kao »jedan od ljudi k ljudima« poslan,³ »riječi Božje govori« (Iv 3> 34) i dovršuje spasiteljsko djelo koje mu dade Otac da ga izvede (usp. Iv 5, 36; 17, 4). Stoga, jer tko njega vidi, vidi i Oca (usp. Iv 14, 9) — sveukupnom svojom prisutnošću i pojavom, riječima i djelima, znacima i čudesima, a osobito svojom smrću i slavnim uskrnućem od mrtvih i konačno poslanjem Duha istine — On objavi daje puninu i dovršava je te božanskim svjedočanstvom potvrđuje: Bog je s nama da nas iz tmina grijeha i smrti oslobodi i na vječni život uskrisi.

Kršćanski, dakle, rasporedaj spasenja (ekonomija), kao novi i konačni savez, nikada neće minuti: nemamo više očekivati nikakvu javnu objavu prije nego se u slavi pojavi naš Gospodin Isus Krist (usp. 1 Tim 6, 14 i Tit 2, 13).

5. Deo revelanti praestanda est *oboeditio fidei* (cf. Rom. 16, 26; coll. Rom. 1, 5; 2 Cor. 10, 5-6), qua homo se totum libere Deo committit »plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium« praestando⁴ et voluntarie revelationi ab Eo datae assentiendo. Quae fides ut praebetur, opus est praeveniente et adiuvante gratia Dei ■ et internis Spiritus Sancti auxiliis, qui cor moveat et in Deum convertat, mentis oculos aperiat, et det »omnibus suaviter in con-sentiendo et credendo veritati«.⁵ Quo vero profundior usque evadat revelationis intelligentia, idem Spiritus Sanctus fidem iugiter per dona sua perficit.

6. Divina revelatione Deus Seipsum atque aeterna voluntatis suae •decreta circa hominum salutem manifestare ac communicare voluit, . »ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant«.⁶

Confitetur Sacra Synodus, »Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse« (cf. Rom. 1, 20); eius vero revelationi tribuendum esse docet, »ut ea, quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione ab omnibus •expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint«.⁷

Caput II

DE DIVINAE REVELATIONIS TRANSMISSIONE

7. Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integra pennerent omnibusque generationibus transmitterentur. Ideo Christus Dominus, in quo summi Dei tota revelatio consummatur (cf. 2 Cor. 1, 20 et 3, 16=4, ♦6), mandatum dedit Apostolis ut Evangelium, quod promissum ante per Prophetas Ipse adimplevit et proprio ore promulgavit, tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omnibus praedicarent,¹ eis dona divina communicantes. Quod quidem fideliter factum est, tum ab Apostolis, qui in praedicatione orali, exemplis •et institutionibus ea tradiderunt quae sive ex ore, conversatione et operibus Christi acceperant, sive a Spiritu Sancto suggerente didicerant, tum ab illis Apostolis virisque apostolicis, qui, sub inspiratione eiusdem Spiritus Sancti, nuntium salutis scriptis mandaverunt.*

Ut autem Evangelium integrum et vivum iugiter in Ecclesia servaretur, Apostoli successores reliquerunt Episcopos, ipsis »suum ipsorum locum magisterii tradentes«.⁸ Haec igitur Sacra Traditio et Sacra

Objavu prihvatiti vjerom

5. Bogu objavitelju treba odgovoriti »poslušnom vjerom« (Rim 16, 26; usp. Rim 1, 6; 2 Kor 10, 5-6) kojom čovjek čitava sebe slobodno Bogu izručuje stavljajući na raspolaganje »Bogu objavitelju potpuno i odano služenje uma i volje«⁴ i dajući slobodan pristanak objavi koju je On dao. A da uzvjerujemo, treba nam Božja milost, koja predusreće i potpomaže, i iznutrašnja pomoć Duha Svetoga da srce pokrene i k Bogu ga obrati, otvori oČiduši i dadne »svima ugodnost pristanka i vjerovanja istini«.⁵ A da objavu neprestano sve dublje pronicemo, isti Duh Sveti vjeru sveudilj usavršuje svojim darovima.

Objavljene istine

6. Božanskom je objavom Bog htio, skupa s vječnim odlukama svoje volje o spasenju ljudi, samoga sebe otkriti i saopćiti »da imamo udjela u božanskim dobrima koja posvema premašuju ljudski razum«.⁸

Izjavljuje Sveti sabor: »Bog — počelo i svrha svih stvari — može se iz stvorenja sa sigurnošću spoznati prirodnim svjetlom ljudskog razuma« (usp. Rim 1, 20); a naučava: njegovoj objavi treba pripisati »što, i u sadašnjem položaju ljudskog roda, mogu božanske stvari koje ljudskom razumu nisu po sebi nedohvatne spoznati svi, lako, s čvrstom sigurnošću i bez primjese ikakve zablude«.⁷

II g l a v a

PRENOŠENJE BOŽANSKE OBJAVE

Apostoli i njihovi nasljednici, misionari evanđelja

7. Bog je predobrostivo uredio da ono isto, što je objavio za spasenje svih naroda, ostane dovijeka neiskvarenoj da se prenosi svim naraštajima. Stoga je Krist Gospodin, u kom se dovršuje sva objava Višnjeg Boga (usp. 2 Kor 1, 30; 3, 16—4, 6), dao apostolima nalog da Evanđelje, koje je — unaprijed obećano po prorocima — On sam ispunio i svojim ustima proglasio — propovijedaju svima kao vrelo svekolike i spasonosne istine i reda života⁸ uvodeći ih u zajedništvo božanskih darova. To su oni vjerno izvršili: i apostoli koji usmenim propovijedanjem, primjerima i ustanovama predadoše ono što su ili primili iz usta, drugovanja i djela Kristovih, ili naučili pod utjecajem Duha Svetoga; a i oni apostoli i apostolski muževi koji su, nadahnuti istim Duhom Svetim, poruku spasenja pismeno izručili.⁹

A da se Evanđelje u Crkvi bez prekida čuva neiskvareno i živo, apostoli su kao nastavljače ostavili biskupe, njima »predajući svoje vlastito učiteljsko mjesto«.¹⁰ Ta dakle Sveta predaja i Sveto pismo

utriusque Testamenti Scriptura veluti speculum sunt in quo Ecclesia in terris peregrinans contemplatur Deum, a quo omnia accipit, usquedum ad Eum videndum facie ad faciem sicuti est perducatur (cf. 1 Io. 3, 2).

8. Itaque praedicatio apostolica, quae in inspiratis libris speciali modo exprimitur, continua successione usque ad consummationem temporum conservari debebat. Unde Apostoli, tradentes quod et ipsi acceperunt, fideles monent ut teneant traditiones quas sive per sermonem sive per epistulam didicerint (cf. 2 Thess. 2, 15), utque pro semel sibi tradita fide decertent (cf. Iud. 3).^{*} Quod vero ab Apostolis traditum est, ea omnia complectitur quae ad Populi Dei vitam sancte ducendam fidemque augendam conferunt, sicque Ecclesia, in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est, omne quod credit.

Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit:⁵ crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. Lc. 2, 19 et 51), tum ex intima spiritalium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praeconio eorum qui cum episcopatus. successione charisma veritatis certum acceperunt. Ecclesia scilicet, volventibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit, donec in ipsa consummentur verba Dei.

Sanctorum Patrum dicta huius "Traditionis vivificam testificantur praesentiam, cuius divitiae in praxim vitamque credentis et orantis Ecclesiae transfunduntur. Per eandem Traditionem integer Sacrorum Librorum canon Ecclesiae innotescit, ipsaeque Sacrae Litterae in ea penitus intelliguntur et indesinenter actuosae redduntur; sicque Deus, qui olim locutus est, sine intermissione cum dilecti Filii sui Sponsa colloquitur, et Spiritus Sanctus, per quem viva vox Evangelii in Ecclesia, et per ipsam in mundo resonat, credentes in omnem veritatem inducit, verbumque Christi in eis abundanter inhabitare facit (cf. Col. 3, 16).

9. Sacra Traditio ergo et Sacra Scriptura arcte inter se connectuntur atque communicant. Nam ambae, ex eadem divina scaturigine promanantes, in unum quodammodo coalescunt et in eundem finem tendunt. Etenim Sacra Scriptura est locutio Dei quatenus divino afflante Spiritu scripto consignatur; Sacra autem Traditio verbum Dei, a Domino et a Spiritu Sancto Apostolis concredendum, successoribus eorum integre transmittit, ut illud, praevalente Spiritu veritatis, praeconio suo fideliter servent, exponant atque diffundant;

obaju zavjeta jesu kao ogledalo u kojem Crkva, dok putuje zemljom promatra Boga od kojeg sve prima, dok ne bude dovedena da ga licem u lice gleda kakav jest (usp. 1.Iv 3, 2).

Sveta predaja

8. Apostolska propovijed, koja je na osobit način izražena u nadahnutim knjigama, morala se neprekinutim nastavljanjem sačuvati sve do dovršenja vremena. Stoga apostoli, predajući ono što su i sami primili, opominju vjernike da drže predaje koje su naučili ili iz govora ili iz poslanice (usp. 2 Sol 2, 15) i da se bore za vjeru koja im je jednom predana (usp. Jd 3).¹¹ A ono što su apostoli predali obuhvaća sve što koristi za svet život Božjega naroda i za rast nje gove vjere. I tako Crkva u svom naučavanju, životu i bogoštovlju postojano održava i svim naraštajima prenosi sve što ona jest, sve što vjeruje.

Ta Predaja koja potječe od apostola uz prisutnost Duha Svetoga u Crkvi napreduje,¹² raste naime zapažanje kako predanih stvari tako i riječi: na temelju razmatranja i proučavanja onih koji vjeruju i o tom u svom srcu razmišljaju (usp. Lk 2, 19 i 51); zatim, na temelju u srcu doživljena razumijevanja duhovnih stvari; a i na temelju na-vješćivanja onih koji su s nasljedstvom biskupstva primili i pouzdan milosni dar istine. Crkva naime tijekom stoljeća stalno teži k punini božanske istine dok se u njoj ne dovrše Božje riječi.

Naučavanje Svetih Otaca svjedoči o životvornoj prisutnosti te Predaje: njezino se bogatstvo slijeva u praksu i život Crkve vjernice i moliteljice. Po istoj Predaji Crkva dolazi do poznavanja cjeline kانونa Svetih knjiga; po njoj se samo Sveto pismo u Crkvi prodornije shvaća i biva bez prestanka djelotvorno. Tako Bog, koji je jednoć progovorio, bez prekida razgovara sa Zaručnicom svoga ljubljenog Sina; i Duh Sveti, po kojem se živa riječ Evandjelja razliježe u Crkvi i po njoj u svijetu, uvodi svoje vjerne u svu istinu te čini da u njima obilno stanuje riječ Kristova (usp. Kol 3, 16).

Odnosi između Pisma i predaje

9. Sveta predaja i Sveto pismo usko su dakle međusobno povezani i združeni. Oboje naime proistječe iz istog božanskog vrutka i na neki se način uzajamno hraneći k istom cilju smjeraju. Naime, Sveto pismo je "Božji govor, jer je pod dahom Duha Svetog pismom ustaljen; a Sveta predaja riječ Božju, koju Krist Gospodin i Duh Sveti povjeriše apostolima, cjelovito prenosi njihovim nasljednicima da je oni— vođeni svjetlom Duha istine — svojim navješćivanjem vjerno čuvaju, izlažu i šire. To je razlog da Crkva, svoju sigurnost

quo fit ut Ecclesia certitudinem suam de omnibus revelatis non per solam Sacram Scripturam hauriat. Quapropter utraque pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda et veneranda est.⁶

10. Sacra Traditio et Sacra Scriptura unum verbi Dei sacrum depositum constituunt Ecclesiae commissum, cui inhaerens tota plebs sancta Pastoribus suis adunata in doctrina Apostolorum et communi-
one, fractione panis et orationibus iugiter perseverat (cf. Act. 2, 42 gr.), ita ut in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio.⁷

Munus autem authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum⁸ soli vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est,⁹ cuius auctoritas in nomine Iesu Christi exercetur. Quod quidem Magisterium non supra verbum Dei est, sed eidem ministrat, docens non nisi quod traditum est, quatenus illud, ex divino mandato et Spiritu Sancto assistente, pie audit, sancte custodit et fideliter exponit, ac ea omnia ex hoc uno fidei deposito haurit quae tamquam divinitus revelata credenda proponit.

Patet igitur Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium, iuxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se connecti et consociari, ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant.

Caput III

DE SACRAE SCRIPTURAE DIVINA INSPIRATIONE ET DE EIUS INTERPRETATIONE

11. Divinitus revelata, quae in Sacra Scriptura litteris continentur et prostant, Spiritu Sancto afflante consignata sunt. Libros enim integros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum omnibus eorum partibus, sancta Mater Ecclesia ex apostolica fide pro sacris et canonicis habet, propterea quod, Spiritu Sancto inspirante conscripti (cf. Io. 20, 31; 2 Tim. 3, 16; 2 Pt. 1, 19-21; 3, 15-16), Deum habent auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi sunt.* In sacris vero libris conficiendis Deus homines elegit, quos facultatibus ac viribus suis utentes adhibuit,* ut Ipso in illis et per illos agente,⁸ ea omnia' eaque sola, quae Ipse vellet, ut veri auctores scripto traderent.⁴ Cum ergo omne id, quod auctores inspirati seu hagiographi asserunt, retineri debeat assertum a Spiritu Sancto, inde Scripturae libri veritatem,

o svim objavljenim stvarima ne crpi samo iz Svetoga pisma.' Zato oboje valja primati i častiti jednakim čuvstvom pobožnosti i štovanja.⁸

Odnosi predaje i Pisma prema svojoj Crkvi i učiteljstvu

10. Sveta predaja i Sveto pismo sačinjavaju jedan sveti poklad riječi Božje povjerene Crkvi: pristanjući uza nj, sav je sveti puk — sabran oko svojih pastira — sveudilj postojan u nauci apostolskoj i zajedništvu, u lomljenju kruha i molitvama (usp. Dj 2, 42 grčki) tako da nastaje jedinstvena istodušnost predstojnika i vjernika u držanju, izvršivanju i ispovijedanju predane vjere.^{15*}

A zadaća vjerodostojno tumačiti pisanu ili predanu riječ Božju¹⁵ povjerena je samo živom crkvenom učiteljstvu:¹⁶ ono to dostojanstvo vrši snagom imena Isusa Krista. To učiteljstvo, dakako, nije iznad riječi Božje, nego riječi Božjoj služi učeći samo ono što je predano: time što — po božanskom nalogu i uz prisutnost Duha Svetoga — to odano sluša, kao svetinju čuva i vjerno izlaže te iz ovog jednog poklada vjere crpi sve ono što kao Bogom objavljeno predlaže na vjerovanje.

Očevidno su, dakle — po premudroj Božjoj odluci — Sveta predaja, Sveto pismo i crkveno učiteljstvo tako uzajamno povezani i združeni te jedno bez drugih ne može opstati, a sve zajedno — svako na svoj način — pod djelovanjem jednog Duha Svetoga uspješno pridonosi spasenju duša.

III g l a v a

O BOŽANSKOM NADAHNUĆU SVETOGA PISMA I KAKO SVETO PISMO TREBA TUMAČITI

Nadahnutost i istina u Pismu

11. Sve od Boga objavljeno, što nam se u Svetom pismu slovom čuva i daje, pismeno je utvrđeno dahom Duha Svetoga. Jer, knjige i Starog i Novog zavjeta u cjelini, sa svim njihovim dijelovima, sveta Majka Crkva na temelju apostolske vjere drži svetima i kanonskima zato što — po nadahnuću Duha Svetog napisane (usp. Iv 20, 31; 2 Tim 3, 16; 2 Pt 1, 19-21; 3, 15-16) — imaju Boga za auktora i kao takve su samoj Crkvi predane.¹⁷ A pri sastavljanju svetih knjiga Bog je izabrao ljude koje je, u djelatnosti njihovih sposobnosti i moći upotrijebio,¹⁸ da — njegovim djelovanjem u njima i po njima^{1*} — kao pravi auktori pismeno predaju sve ono i samo ono[^] što on hoće.**

• Budući da sve ono, dakle, " što nadahnuti pisci ili hagiografi izjavljuju valja držati izjavljenim od Duha Svetoga, mora se dosljedno

quam Deus nostrae salutis causa Litteris Sacris consignari voluit, firmiter, fideliter et... sine." errore docere profitendi sunt.⁵ Itaque »omnis Scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus« (2 Tim. 3, 16-17 gr.).

12. Cum autem Deus in Sacra Scriptura per homines more hominum locutus sit,⁴ interpret Sacrae Scripturae, ut perspiciat, quid Ipse nobiscum communicare voluerit, attente investigare debet, quid hagiographi reapse significare intenderint et eorum verbis manifestare Deo placuerit.

Ad hagiographorum intentionem eruendam inter alia etiam *genera litteraria* respicienda sunt.

Aliter enim atque aliter veritas in textibus vario modo historicis, vel prophetis, vel poeticis, vel in aliis dicendi generibus proponitur et exprimitur. Oportet porro ut interpret sensum inquirat, quem in determinatis adiunctis hagiographus, pro sui temporis et suae culturae condicione, ope generum litterariorum illo tempore adhibitorum exprimere intenderit et espresserit.⁷ Ad recte enim intelligendum id quod sacer auctor scripto asserere voluerit, rite attendendum est tum ad suetos illos nativos sentiendi, dicendi, narrandi modos, qui temporibus hagiographi vigeant, tum ad illos qui illo aevo in mutuo hominum commercio passim adhiberi solebant.⁸

Sed, cum Sacra Scriptura, eodem Spiritu quo scripta est etiam legenda et interpretanda sit,⁹ ad recte sacrorum textuum sensum eruendum, non minus diligenter respiciendum est ad contentum et unitatem totius Scripturae, ratione habita vitae totius Ecclesiae Traditionis et analogiae fidei. Exegetarum autem est secundum has regulas ad laborandum ad Sacrae Scripturae sensum penitus intelligendum et exponendum, ut quasi praeparato studio, iudicium Ecclesiae maturetur. Cuncta enim haec, de ratione interpretandi Scripturam, Ecclesiae iudicio ultime subsunt, quae verbi Dei servandi et interpretandi divino fungitur mandato et ministerio.¹⁰

13. In Sacra Scriptura ergo manifestatur, salva semper Dei veritate et sanctitate, aeternae Sapientiae admirabilis *condescensio*, »ut discamus ineffabilem Dei benignitatem, et quanta sermonis attemperatione usus sit, nostrae naturae providentiam et curam habens«.¹¹ Dei enim verba, humanis linguis expressa, humano sermone assimilata facta sunt, sicut olim, Aeterni Patris Verbum, humanae infirmitatis assumpta carne, hominibus simile factum est.

ispovijedati da knjige Pisma čvrsto, vjerno i bez zablude naučavaju istinu koju htjede Bog da radi našeg spasenja bude zapisana u Svetom pismu.²¹ I tako je »svako Pismo Bogom nadahnuto i korisno za poučavanje, karanje, ispravljanje i odgajanje u pravednosti da čovjek Božji bude savršen, za svako dobro djelo opremljen« (2 Tim 3, 16-17 grčki).

Kako se ima tumačiti Pismo

12. A budući da je Bog u Svetom pismu govorio po ljudima na ljudski način,^{2*} to tumačitelj Svetog pisma, da bi proniknuo ono što nam je Bog htio priopćiti, mora pažljivo istraživati što su hagiografi stvarno htjeli reci i što je Bog odlučio njihovim riječima otkriti.

Da na vidjelo izade namjera hagiografa, treba se među ostalim obazirati i na »književne vrste«. Istina se, naime, drugačije i drugačije iznosi i izražava u tekstovima koji su ili — na različit način — povišesni, ili proročki, ili pjesnički, ili u drugim vrstama govora. Tumač nadalje mora istraživati smisao što ga je hagiograf kanio izraziti i izrazio u određenim okolnostima, prema prilikama svoga vremena i svoje kulture, pomoću književnih vrsta koje su se upotrebljavale u ono vrijeme.^{2*}

Da ispravno razumijemo ono što je sveti pisac svojim spisom htio reći, potrebno je svratiti dužnu pozornost s jedne strane na uobičajene one osobite načine shvaćanja, izražavanja i propovijedanja koji su u doba pojedinog hagiografa bili na snazi, a s druge strane na one načine koji su se u ono doba obično upotrebljavali u uzajamnom ljudskom saobraćanju.^{2*}

No budući da Sveto pismo treba čitati i tumačiti istim Duhom u kojem je napisano,²⁵ mora se za ispravno pronicanje smisla svetih tekstova s ne manje brižljivosti gledati na sadržaj i jedinstvo svega Pisma, obazirući se na živu Predaju cijele Crkve i na analogiju vjere. A tumači su pozvani da po tim istim pravilima rade na dubljem razumijevanju i izlaganju smisla Svetoga pisma da kao iz prethodnih pripravnih proučavanja sazre sud Crkve. Sve naime to što je u. vezi s tumačenjem Pisma podliježe konačno sudu Crkve, koja obavlja božansko poslanje i službu čuvanja i tumačenja riječi Božje.^{2*}

»Snishodljivost« božanske Mudrosti

13. U Svetom pismu dakle — bez povrede Božje istine i svetosti — očituje se čudesna »susretljivost« vječne Mudrosti, »da upoznamo neizrecivu Božju dobrohotnost i koliko je prilagođivanje govora po kazao Bog u providnosti i brizi za našu narav«. ²¹ Jer, riječi Božje, izrečene ljudskim jezicima, postadoše slične ljudskom govoru, kao što jednoć Riječ Vječnog Oca, uzevši slabo ljudsko tijelo, postade slična ljudima.

Caput IV DE VETERE

TESTAMENTO

14. Amantissimus Deus totius humani generis salutem sollicitè intendens et praeprans, singulari dispensatione populum sibi elegit, cui promissiones concrederet. Foedere enim cum Abraham (cf. Gen. 15, 18) et cum plebe Israel per Moysen (cf. Ex. 24, 8) inito, populo sibi acquisito ita se tamquam unicum Deum verum et vivum verbis ac gestis revelavit, ut Israel, quae divinae essent cum hominibus viae experiretur, easque, ipso Deo per os Prophetarum loquente, penitus et clarius in dies intelligeret atque latius in gentes exhlberet (cf. Ps. 21, 28-29; 95, 1-3; Is. 2, 1-4; Ier. 3, 17). Oeconomia autem salutis ab auctoribus sacris praenuntiata, enarrata atque expli-cata, ut verum Dei verbum in libris Veteris Testamenti exstat; qua-propter hi libri divinitus inspirati perennem valorem servant: »Quae-cumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus« (Rom. 15,4).

15. Veteris Testamenti oeconomia ad hoc potissimum disposka >erat, ut Christi universorum redemptoris Regnique Messianici adventum praepraret, prophetice nuntiaret (cf. Lc. 24, 44; Io. 5, 39; I.Pt. 1, 10) et variis typis significaret (cf. 1 Cor. 10, 11). Veteris autem Testamenti libri, pro condicione humani generis ante tempora Instauratae a Christo salutis, Dei et hominis cognitionem ac modos quibus Deus iustus et misericors cum hominibus agit, omnibus manifestant. Qui libri, quamvis etiam imperfecta et temporaria contineant, - veram tamen paedagogiam divinam demonstrant.¹ Unde iidem libri, qui vivum sensum Dei exprimunt, in quibus sublimes de Deo dpctri-nae ac salutaris de vita hominis sapientia mirabilesque precum the-«auri reconduntur, in quibus tandem latet mysterium salutis nostrae, a Christifidelibus devote accipendi sunt.

16. Deus igitur librorum utriusque Testamenti inspirator et auctor, ita sapienter disposuit, ut Novum in Vetere lateret et in Novo "Vetus pateret.² Nam, etsi Christus in sanguine sud~Novum Foedus condidit (cf. Luc. 22, 20; 1 Cof. 11, 25), libri tamen Veteris Testamenti integri in praeconio evangelico assumpti,³ in Novo Testamento •significationem suam completam acquirunt et ostendunt (cf. Mt. 5, 17; Lc. 24, 27; Rom. 16, 25-26; 2 Cor. 3, 14-16), Uludque vicissim illuminant et explicant

IV glava

STARI ZAVJET

Povijest spasenja u knjigama Staroga zavjeta

14. Preljubeljivi Bog — brižljivo namjeravajući i pripravljavajući spasenje svega ljudskog roda — jedinstvenim je raspoređajem izabrao sebi narod kojemu će povjeriti obećanja.* Sklopivši savez s Abrahamom (usp. Post 15, 18) i, po Mojsiju, s pukom izraelskim (usp. Izl 24, 8), On je riječima i zahvatima tako sebe objavio narodu, svojoj svojini, kao jedincatog Boga, istinskoga i živoga, te je Izrael stekao iskustvo o tom koji su Božji putovi s ljudima. Te je putove Izrael, jer mu je Bog sam govorio po ustima prorokž, iz dana u dan sve dublje i jasnije razumijevao i među ostale narode širio (usp. Ps 21, 28-29; 95, 1-3; Iz 2, 1-4; Jr 3, 17). A raspoređaj spasenja, po svetim piscima unaprijed naviješten, ispriopovijedan i razvijen, nalazi se kao prava Božja riječ u knjigama Starog zavjeta; zato te knjige, Bogom nadahnute, čuvaju neprolaznu vrijednost: »Jer, što je unaprijed napisano, pisano je-na pouku nama, da imamo nadu po strpljivosti i utjehi Pisma« (Rim 15, 4).

Važnost Staroga zavjeta za kršćane

15. Starozavjetni raspoređaj bijaše prvenstveno tome usmjeren da pripravi, proročki navijesti (usp. Lk 24, 44; Iv 5, 39; 1 Pt 1, 10) i različitim praslukama naznači (usp. 1 Kor 10, 11) dolazak sveopćeg. otkupitelja i mesijanskog Kraljevstva. Knjige pak Staroga zavjeta pokazuju svima — kako je to odgovaralo stanju ljudskog roda prije vremena kad je Krist uspostavio spasenje — spoznaju Boga i čovjeka i načine kako pravedni i milosrdni Đog postupa s ljudima. Makar te knjige sadržavale također što nesavršeno i privremeno, one ipak' očituju istinski božanski odgojni postupak.²⁸ Stoga Kristovi vjerni treba da boguodano prihvate te knjige, koje izražavaju živu svijest o Bogu, u kojima su pohranjeni uzvišeni nauci o Bogu i spasonosna mudrost o životu čovjekovu i čudesno blago molitava, u kojima se napokon krije Misterij našeg spasenja.

Jedinstvo obaju zavjeta

16. Bog, dakle, nadahnitelj i začetnik knjiga obaju Zavjeta, tako je mudro raspoređio da je Novi zavjet u Starom sakriven, a u Novom Stari otkriven.²« Naime, iako je Krist u svojoj Krvi sazdao Novi zavjet (usp. Lk 22, 20; 1 Kor 11, 25), ipak knjige Staroga zavjeta — preuzete u cijelosti u evanđeoskom navještaju⁸⁰ — dobivaju i po kazuju svoje puno značenje u Novom zavjetu (usp. Mt 5, 17; Lk 24, 27; Rim 16, 25-26.; 2 Kor 3, 14-16) dok ga za uzvrat osvjetljuju i tumače.

Caput V DE NOVO

TESTAMENTO

17. Verbum Dei, quod virtus Dei est in salutem omni credendi (cf. Rom. 1, 16), in scriptis Novi Testamenti praecellenti modo praesentatur et vim suam exhibet. Ubi enim venit plenitudo temporis (cf. Gal. A, 4), Verbum caro factum est et habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis (cf. Io. 1, 14). Christus Regnum Dei in terris instauravit, factis et verbis Patrem suum ac Seipsum manifestavit, atque morte, resurrectione et gloriosa ascensione missioneque Spiritus Sancti opus suum complevit. Exaltatus a terra omnes ad Seipsum trahit (cf. Io. 12, 32, gr.), Ipse qui solus verba vitae aeternae habet (cf. Io. 6, 68). Hoc autem mysterium aliis generationibus non est patefactum sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis Eius et Prophetis in Spiritu Sancto (cf. Eph. 3, 4-6, gr.), ut Evangelium praedicarent, fidem in Iesum Christum ac Dominum excitarent et Ecclesiam congregarent. Quarum rerum scripta Novi Testamenti exstant testimonium perenne atque divinum.

18. Neminem fugit inter omnes, etiam Novi Testamenti Scripturas, Evangelia merito excellere, quippe quae praecipuum testimonium. sint de Verbi Incarnati, Salvatoris nostri, vita atque doctrina.

Quattuor Evangelia, originem apostolicam habere Ecclesia semper et ubique tenuit ac tenet. Quae enim Apostoli ex mandato Christi praedicaverunt, postea divino afflante Spiritu, in scriptis, ipsi et apostolici viri nobis tradiderunt, fidei fundamentum, quadriforme nempe Evangelium, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem.¹

Sve što sačinjava vremeniti red, kao što su dobra života i obitelji, kultura, ekonomija, umijeća i struke, ustanove, političke zajednice, međunarodni odnosi i slično, kao što i njihov razvitak i napredak, — nisu tek pomagala za posljednji čovjekov cilj nego imaju i svoju vlastitu vrijednost, koju je Bog u njih položio, bilo da ih gledamo u njima samima ili kao dijelove sveukupnog vremenitog reda: »I vidje Bog sve što je učinio, i bijaše dobro« (Post 1, 31). Ta njihova naravna dobrotu poprima neko posebno dostojanstvo po njihovu odnosu s ljudskom osobom, na čiju su službu stvoreni. Napokon, svidjelo se Bogu sve— narav i nadnarav — sabrati u jedno u Kristu Isusu »da u svemu bude prvi« (Kol 1, 18). Ta namjera ne samo da ne lišava vremeniti red njegove autonomije, njegovih vlastitih ciljeva, zakona, pomagala, važnosti za ljudsko dobro, nego ga dapače usavršuje u njegovoj snazi i vlastitoj odličnosti i ujedno ga podešava cjelovitom čovjekovu pozivu na zemlji.

Tokom povijesti upotreba vremenitih dobara bila je uprljana teškim neurednostima, jer su ljudi, načeti istočnim grijehom, upadali često u veoma mnoge zablude glede Boga, ljudske naravi i načela moralnoga zakona: odatle izopačenost u ponašanju i ljudskim ustanovama i nerijetko gaženje same ljudske osobe. I u naše dane mnogi,

disciplinarum naturalium et technicarum artium progressibus plus aequo fidentes, in rerum temporalium veluti idololatriam declinant, potius earum servi effecti quam domini.

Totius Ecclesiae est ad hoc operam navare, ut homines capaces reddantur universum ordinem rerum temporalium recte instituendi et ad Deum per Christum ordinandi. Ad Pastores spectat principia circa finem creationis et usum mundi clare enuntiare, auxilia moralia et spiritualia praestare, ut ordo rerum temporalium in Christo instauratur.

Laicos autem oportet ordinis temporalis instaurationem tamquam proprium munus assumere et in eo, lumine Evangelii ac mente Ecclesiae ductos et caritate christiana actos, directo et modo de ini to agere; qua cives cum civibus, specifica peritia et et propria responsabilitate cooperari; ubique et in omnibus iustitiam regni Dei quaerere. Ita instaurandus est ordo temporalis ut, propriis eiusdem legibus integre servatis, ulterioribus vitae christianae principiis conformis reddatur, variisque locorum, temporum et populorum, condicionibus aptatus. Inter opera huiusmodi apostolatus eminent actio sodalis christianorum, quam hodie ad totam provinciam temporalem, etiam ad culturam, sese extendere cupit Sancta synodus.*

8. Dum omne exercitium apostolatus a caritate originem et vim ducere debet, aliqua opera natura sua apta sunt ut convertantur in ipsius caritatis vividam expressionem; quae Christus Dominus suae messianicae missionis signa esse voluit (cf*. Mt. 11, 4-5).

Maximum mandatum in lege est diligere Deum ex toto corde et proximum suum sicut seipsum (cf. Mt. 22, 37-40). Hoc vero mandatum caritatis erga proximum Christus proprium fecit novaque significatione ditavit, dum seipsum idem ac fratres tamquam obiectum caritatis esse voluit, dicens: »quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis« (Mt. 25, 40). Ipse enim, assumendo naturam humanam, totum genus humanum supernaturali quadam solidaritate in familiam sibi colligavit, et ut signum suorum discipulorum constituit caritatem his verbis: »In hoc cognoscerit omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem« (Io. 13, 35).

At Sancta Ecclesia, sicut in suis primordiis Cenae Eucharisticae iungens »agapen« se totam caritatis vinculo circa Christum unitam manifestabat, sic omni tempore hoc dilectionis, signo dignoscitur, et, dum gaudet de aliorum inceptis, caritatis opera **ut suum** officium et ius, quod abalienari nequit, vindicat. Quapropter misericordia erga egenos et infirmos atque sic dicta opera caritativa et mutui auxilii ad sublevandas oranimodas necessitates humanas, praecipuo in honore habentur ab Ecclesia.*

prekomjerno se pouzdavajući u napredak prirodnih znanosti i tehnike, kao da naginju idolatriji vremenitih dobara postavši im više sluge negoli gospodari.

Sva je Crkva danas dužna poraditi oko toga da ljudi postanu sposobni ispravno uspostaviti svekoliki vremeniti red i upraviti ga po Kristu k Bogu. Zadaća je pastira da jasno iznesu načela o cilju stvorenja i korištenja svijeta, da pruže moralne i duhovne pomoći, kako bi se u Kristu uspostavio vremeniti red.

Laici pak treba da preuzmu obnovu vremenitog reda kao svoju zadaću i da u njemu, vođeni svjetlom evanđelja i duhom Crkve, pokretani kršćanskom ljubavlju djeluju neposredno i konkretno; da kao građani s građanima surađuju prema specifičnoj stručnosti i na vlastitu odgovornost; da posvuda i u svemu traže pravdu Božjega kraljevstva. Vremeniti red mora biti tako obnovljen da se, zadržavši u potpunosti svoje vlastite zakone, uskladi s daljnjim načelima kršćanskog života, pošto se prilagodio različitim prilikama mjesta, vremena i naroda. Među djelima ovakvog apostolata naročito se ističe socijalna djelatnost kršćana, za koju Sveti Sabor želi da se ona danas protegne na čitavo područje vremenitoga, također na kulturu.¹²

Karitativna djelatnost

8. Svako vršenje apostolata mora izvirati iz ljubavi te odatle crpsti svoju snagu. No neka su djela već po svojoj naravi prikladna da postanu živi izraz same ljubavi. Krist Gospodin je htio da ona budu znakovi njegova mesijanskog poslanja (usp. Mt 11, 4-5).

Najveća je zapovijed u zakonu: ljubiti Boga svim srcem a bližnjega svoga kao samoga sebe (usp. Mt 22* 37-40). Krist je tu zapovijed prema bližnjemu učinio vlastitom i obogatio je novim značenjem, želeći da on sam bude isti predmet ljubavi kao i braća kad je rekao: »Meni ste učinili koliko ste učinili jednomu od ove moje najmanje braće« (Mt 25, 40). On je naime, uzevši ljudsku narav, nekom vrhunaravnom solidarnošću sebi u obitelj povezao sav ljudski rod i ljubav postavio da bude znak njegovih učenika po ovim riječima: »Ako imadnete ljubavi jedan prema drugome, po tom će svi upoznati da ste moji učenici.« (Iv 13, 35).

Kao što je sveta Crkva u svojim prvim počecima pridruživala »agapu« euharistijskoj večeri te se očitovala da je sva sjedinjena vezom ljubavi oko Krista, tako se po tom znaku ljubavi u sva vremena raspoznaje. Dok se raduje tuđim pothvatima, prisvaja djela ljubavi kao svoju službu i neotuđivo pravo. Zato Crkva drži u velikoj časti milosrđe prema siromasima i bolesnima, karitativna djela, i djela uzajamne pomoći da se ublaže svakovrsne/ljudske nevolje.^{1*}

Quae actiones et opera praesenti tempore, communicationis instrumentis expeditioribus factis, distantia inter homines quodammodo evicta et mundi universi incolis quasi unius familiae membris redditis, multo urgentiora et universaliora facta sunt. Actio caritativa hodie omnes omnino homines et universas necessitates complecti potest et debet. Ubicumque versantur qui cibo potuque, vestitu, domo, medicini?, opere, instructione, facultatibus ad vitam vere humanam ducendam necessariis carent, aerumnis vel infirma valetudine cruciantur, exilium vel carcerem patiuntur, ibi eos christiana caritas debet quaerere et invenire, impensa cura solari et praestitis auxiliis sublevare. Quae obligatio praeprimis imponitur singulis hominibus et populis in rebus prosperis constitutis.⁴

Quo huiusmodi caritatis exercitium omni exceptione maius sit et tale appareat: in proximo consideretur imago Dei ad quam creatus est, et Christus Dominus cui re vera offertur quidquid indigenti donatur; libertas et dignitas personae auxilium accipientis maxima humanae respiciatur; puritas intentionis non maculetur ulio pro-priae utilitatis quaestu vel dominandi studio;⁵ exigentiis iustitiae praeprimis satisfiat, ne tamquam caritatis dona offerantur quae iustitiae titulo iam debentur; causae malorum, non solum effectus, tollantur; ita ordinetur auxilium ut accipientes paulatim a dependentia externa liberentur sibi que sufficientes evadant.

Laici ergo magni faciant et pro viribus adiuvent opera caritatis et incepta assistentiae socialis sive privata sive publica, etiam internationalia, quibus efficax auxilium singulis hominibus et populis in necessitate versantibus fertur, cooperantes in hoc cum omnibus bonae voluntatis hominibus.⁶

Caput III

DE VARIIS APOSTOLATUS CAMPIS

9. Laici suum exercent multiplicem apostolatam tam in Ecclesia quam in mundo. In utroque hoc ordine varii patent campi apostolicae actuositatis, quorum principaliores hic commemorare volumus; hi sunt: communitates Ecclesiae, familia, iuvenes, ambitus socialis, ordines nationalis et internationalis. Cum autem nostris diebus mulieres magis magisque partes activas habeant in tota societatis vita, magni momenti est amplior earum participatio etiam in variis campis apostolatus Ecclesiae.

10. Utpote participes muneris Christi sacerdotis, prophetae et regis, laici suas partes activas habent in Ecclesiae vita et actione.

Danas kada raspoložemo bržim sredstvima komunikacije, kad su na neki način prevladane udaljenosti među ljudima, i kada su stanovnici svega svijeta postali kao članovi jedne obitelji, te su akcije i djela postala još urgentnija i općenitija. Karitativna djelatnost danas može i treba obuhvatiti sve ljude i sve ljudske potrebe. Posvuda ima ljudi kojima nedostaju hrana i piće, odjeća, stan, lijekovi, rad, pouka, nužno potrebna sredstva za doista ljudski život, koje tare bijeda ili slabo zdravlje, trpe progonstvo ili su u tamnici, — tu ih kršćanska ljubav treba tražiti i naći, zauzetom skrbi tješiti i pružanjem pomoći pridići. To je dužnost u prvom redu pojedinih dobro stojećih ljudi i naroda.¹⁴

Da takovo iskazivanje ljubavi bude iznad svakog sumnjičenja i da se kao takva vidi, neka se u bližnjemu gleda slika Božja na koju je stvoren i Krist Gospodin komu se zapravo prikazuje što se god daje potrebitome; neka se najvećom čovječnošću poštuje sloboda i dostojanstvo osobe koja prima pomoć; neka se čistoća nakane ne uprlja nikakvim traženjem vlastite koristi ili težnjom za gospodva-njem.¹⁵ Neka se u prvom redu zadovolje zahtjevi pravde da se ne daje kao dar ljubavi ono što se već duguje na osnovi pravednosti. Neka se uklone uzroci zala, a ne samo posljedice. Neka se pomoć tako organizira da se oni koji je primaju pomalo oslobode od izvanjske zavisnosti i postanu sami sebi dostatni.

Neka dakle laici smatraju važnim i neka prema svojim silama podupiru karitativna djela i" pothvate socijalne skrbi bilo privatne bilo javne, također i međunarodne koji uspješno pomažu pojedinim ljudima i narodima u nuždi; neka u tom suraduju sa svim ljudima dobre volje.¹⁶

III glava RAZNA

PODRUČJA APOSTOLATA

Uvod

9. Laici svoj mnogostruki apostolat izvršavaju u Crkvi i u svijetu. U jednom i u drugom slučaju otvorena su im različita polja apostolske djelatnosti. Ovdje želimo spomenuti samo glavna: crkvene zajednice, obitelji, omladina, društvena sredina, nacionalne i međunarodne organizacije. Budući da u naše dane žene sve više i više aktivno sudjeluju u cjelokupnom društvenom životu, veoma je važno da se proširi njihovo sudjelovanje i na ravnovrsnim područjima apostolata Crkve.

Crkvene zajednice

10. Sudjelujući u Kristovoj svećeničkoj, proročkoj i kraljevskoj službi, laici imaju svoj aktivni udio u životu i djelatnosti Crkve.

Intra communitates Ecclesiae eorum actio tam necessaria est ut sine ea ipse pastorum apostolatus plenum suum effectum assequi plerumque nequeat. Verae enim apostolicae mentis laici, ad modum illorum virorum et mulierum qui Paulum in Evangelio adiuvabant (cf. Act. 18, 18. 26; Rom. 16, 3), supplent quod suis fratribus deest, et reficiunt spiritum tam pastorum quam reliqui populi fidelis (cf. 1 Cor. 16, 17-18). Ipsi enim, actuosa participatione vitae liturgicae suae communitatis nutriti, sollicite partes agunt in eiusdem operibus apostolicis; homines longe fortasse versantes, ad Ecclesiam adducunt; in verbo Dei tradendo, praesertim catechetica institutione, impense cooperantur; oblata sua peritia curam animarum et etiam administrationem bonorum Ecclesiae efficaciorum reddunt.

Paroecia exemplum perspicuum apostolatus communitarii praebet, omnes quotquot ibi invenit diversitates humanas in unum congregans et Ecclesiae universalitati inserens.* Assuescant laici intime cum sacerdotibus suis uniti in paroecia operari;* problemata propria ac mundi et quaestiones ad salutem hominum spectantes, collatis consiliis examinanda et solvenda, ad communitatem Ecclesiae afferre; omnique incepto apostolico et missionali suae familiae ecclesiasticae adiutricem operam pro viribus navare.

¶ G>lant iugiter sensum dioecesis, cuius paroecia velut cellula est, prompti semper, ad invitationem Pastoris sui, suas quoque vires inceptis dioecesanis adicere. Immo, ut respondeant necessitatibus urbium et regionum ruralium,* suam cooperationem non intra fines paroeciae vel dioecesis circumscriptam retineant, sed ad campos interparoecialem, interdioecesanum, nationalem vel internationalem extendere satagant, eo vel magis quia crebrescens in dies migratio populorum, mutuae necessitudinis augmentatio et communicationum facilitas, iam non sinunt ullam partem societatis in se clausam manere. Ita de necessitatibus populi Dei in toto orbe terrarum dispersi solliciti sint. Imprimis sua reddant opera missionalia, auxilia materialia vel etiam personalia praestant. Offidum et honor enim est christianorum Deo restituere partem bonorum quae ab Eo accipiunt.

11. Cum Conditor omnium constituerit coniungale consortium exordium et fundamentum societatis humanae, idque gratia sua reddiderit sacramentum magnum in Christo et in Ecclesia (cf. Eph. 5, 32), apostolatus coniugum et familiarum singulare habet momentum tam pro Ecclesia quam pro societate civili.

Goniuges christiani sibi invicem, filiis suis ceterisque familiaribus, gratiae cooperatores sunt et fidei testes. Filiis suis ipsi sunt primi fidei praecones et educatores; verbo et exemplo eos ad vitam christianam et apostolicam formant, in eorum vocatione seligenda pru-

U crkvenim zajednicama njihova je djelatnost toliko potrebna da bez nje ni apostolat pastira, u većini slučajeva, ne može postići svoj puni učinak. Laici pravog apostolskog duha, ugledajući se na one muževe i žene koji su Pavlu pomagali u naviještanju evanđelja (usp. Dj 18, 18-26; Rim 16, 3), u stvari pomažu svojoj braći te podižu duh i pastira i ostalog vjernog naroda (usp. 1 Kor 16, 17-18). Hranjeni aktivnim sudjelovanjem u liturgijskom životu svoje zajednice, sa žarom se posvećuju njezinim apostolskim pothvatima; privode k Crkvi ljude koji su možda daleko od nje; gorljivo surađuju u predavanju Božje riječi, osobito katehetskom poukom. Svojom stručnošću pomažu da bolje uspijeva dušobrižništvo, a također i administracija crkvenih dobara.

Župa pruža uzoran primjer apostolata zajednice time što ujedinjuje sve različitosti ljudi koji se u njoj nalaze i ugrađuje ih u sveopćenitost Crkve.¹⁷ Potrebno je da se laici priviknu raditi u župi usko povezani sa svojim svećenicima;¹⁸ trebaju pred zajednicu Crkve iznositi svoje vlastite probleme, a isto tako i svjetske probleme te pitanja koja se odnose na spas ljudi, da se pretresaju i rješavaju na osnovi mišljenja svijeta. Prema svojim mogućnostima neka pomažu svojoj crkvenoj obitelji u svakom apostolskom i misionarskom pothvatu.

Neka stalno gaje osjećaj za biskupiju, u kojoj je župa kao jedna stanica, uvijek pripravnici da na poziv svog pastira posvete svoje snage biskupijskim inicijativama, štoviše, da bi odgovorili potrebama gradskih i seoskih područja,¹⁹ ne mogu ograničavati svoju suradnju samo unutar župe ili biskupije, nego se moraju truditi da je prošire i na međužupski, međubiskupijski, nacionalni i međunarodni plan, pogotovu zbog sve učestalije migracije naroda, porasta međusobne ovisnosti, olakšanih komunikacija, što sve skupa ne dopušta da ijedan dio društva ostane zatvoren u sebe. Tako neka budu zabrinuti potrebama Božjeg naroda širom cijelog svijeta. Misijska djelovanja neka prvenstveno shvate kao svoja, surađujući u njima materijalno i osobno. Kršćanima je dužnost i čast uzvraćati Bogu dio dobara što ih od njega primaju.

Obitelj

11. Budući da je Stvoritelj svega ustanovio bračnu zajednicu kao izvor i temelj ljudskog društva i svojom je milošću učinio velikim sakramentom u odnosu na Krista i Crkvu (usp. Ef 5, 32), apostolat bračnih drugova i obitelji ima posebno značenje i za Crkvu i za civilno društvo; "■ ■ ●■■"

Kršćanski supružnici jedno drugome, svojoj djeci i ostalim članovima svoje obitelji suradnici su milosti i svjedoci vjere. Oni su svojoj djeci prvi prenosioci vjere i odgojitelji; riječju i primjerom odgajaju ih za kršćanski apostolski život, razborito im pomažu u izboru nji-

denter eos adiuvant et vocationem sacram, in eis forte detectam, omni cura fovent.

Coniugum semper officium fuit, hodie vero maxima apostolatus eorum pars est: indissolubilitatem et sanctitatem vinculi matrimonialis vita sua manifestare et probare; ius et officium prolem christiane educandi, genitoribus et tutoribus inditum, strenue affirmare; dignitatem et legitimam autonomiam familiae defendere. Cooperentur igitur ipsi ceterique christifideles, cum hominibus bonae voluntatis, ut in civili legislatione haec iura sarta serventur; in moderanda societate ratio habeatur necessitatum familiarum quod ad habitationem, educationem puerorum, condicionem laboris, securitatem socialem et tributa pertinet; in migrationibus ordinandis convictus domesticus omnino in ruto ponatur.⁴

Hanc familia ipsa missionem divinitus accepit ut sit prima et vitalis cellula societatis. Quam missionem adimplebit, si per mutuum membrorum pietatem et orationem in communi Deo factam, tamquam domesticum sanctuarium Ecclesiae se exhibeat; si tota familia in cultum liturgicum Ecclesiae se inserat; si denique, familia actuosam hospitalitatem praestet, iustitiam aliaque bona opera in servitium omnium fratrum necessitate laborantium promoveat. Inter varia opera apostolatus familiaris sequentia enumerare licet: infantes derelictos in filios adoptare, advenas benigne excipere, seholis moderandis adiutricem operam navare, adolescentibus consilio et opibus adesse, sponso ut melius sese ad matrimonium praeparent adiuvere, ad catechesim operam praestare, coniuges et familias in discrimine materiali vel morali versantes sustentare, senibus non solum necessaria providere, sed etiam progressus oeconomici aequos fructus procurare.

Semper et ubique, sed peculiari modo in regionibus in quibus prima Evangelii sparguntur semina, vel Ecclesia in suis primordiis existit, vel in aliquo gravi discrimine versatur, familiae christianae, tota vita sua Evangelio cohaerentes ac matrimonii christiani exemplum praebentes, pretiosissimum Christi testimonium mundo perhibent.⁵

Ut fines sui apostolatus facilius attingere valeant, opportunum esse potest ut familiae in aliquos coetus congregentur.⁸

12. Iuvenes maximi momenti vim exercent in hodierna societate.⁷ Eorum vitae adiuncta, habitus mentis necnon ipsae necessitudines cum propria familia sunt admodum mutata. Saepe ad novam condicionem socialem et oeconomicam nimis celeriter transeunt. Dum autem in dies momentum eorum sociale et etiam politicum crescit, quasi impares videntur oneribus novis apte suscipiendis.

Hoc eorum adauctum in societate pondus consimilem ab eis exigit actuositatem apostolicam, sed et ipsa eorum naturalis indoles ad ean-

liova zvanja, i ukoliko u njima otkriju sakralno zvanje, trebaju ga brižno podržavati.

Uvijek je bila dužnost suprugS, a danas glavni dio njihova apostolata, svojim životom pokazivati i javno svjedočiti nerazrješivost i svetost bračne veze; odlučno se boriti za pravo, koje pripada roditeljima i skrbnicima, da kršćanski odgajaju svoju djecu; braniti dostojanstvo i zakonitu autonomiju obitelji. Roditelji i svi vjernici neka surađuju s ljudima dobre volje da ta prava budu potpuno zaštićena u civilnom zakonodavstvu; da državna uprava vodi računa o stambenim zahtjevima obitelji, o odgoju djece, o uvjetima rada, o socijalnoj sigurnosti i porezu, a u slučaju migracija, da bude potpuno zaštićen zajednički obiteljski život.²⁰

C*vu misiju, da bude prva i životna stranica društva, obitelj je primila od Boga. Tu će misiju ispuniti ako se članovi, uzajamnom nježnošću i zajedničkom molitvom Bogu, pokažu kao domaće svetište Crkve, ako se sva obitelj uključi u liturgijski kult Crkve, napokon, ako obitelj rado pruža gostoprimstvo te promiče pravdu i druga dobra djela na korist sve braće koja su u nuždi. U raznovrsna djela obiteljskog apostolata neka bude dopušteno navesti ova: posvajati napuštenu djecu, ljubavno primati pridošlice, pomagati djelovanje škola, pružati savjet i pomoć omladini, pomoći zaručnicima da se što bolje pripreve za ženidbu, ponuditi se za rad u katehiziranju, podupirati one supruge i obitelji koje se nalaze u materijalnoj ili moralnoj krizi, pribaviti starcima ne samo najnužnije nego i sve plodove ekonomskog razvoja.

Kršćanske obitelji koje svim svojim životom prigrljuju evanđelje i pružaju primjer kršćanskog braka uvijek i svugdje, a naročito u krajevima u kojima se tek pojavljuje prvo sjeme evanđelja, ili u kojima je Crkva tek na počecima ili se sukobljava s mnogim teškoćama, pružaju svijetu dragocjeno svjedočanstvo za Krista.²¹

Da bi što lakše postizavale cilj svoga apostolata, moglo bi biti korisno da se obitelji udružuju.²²

Omladina

12. Omladina ti današnjem društvu znači važnu snagu.⁸⁸ Njihove životne okolnosti, način mišljenja i odnosi s njihovim obiteljima potpuno su se izmijenili. Cesto vrlo brzo prelaze u nove socijalne i ekonomske uvjete. Budući da iz dana u dan raste njihova društvena i politička važnost, izgledaju nekako nejaki da bi mogli prikladno ponijeti težinu novih bremena.

Ovaj porast njihove društvene važnosti zahtijeva od njih odgovarajuću apostolsku djelatnost, za koju ih rašpoložuje i njihov pri-

dem eos disponit. Maturescente consdentia propriae personali tatis, ardore vitae atque profluente navitate impulsu, propriam responsabilitatem assumunt, in vita sociali et culturali suas partes agere cupiunt: qui zelus si špiritu Christi imbuitur ac oboedientia et amore erga Ecclesiae pastores animatur, uberrimos exinde fructus sperari licet. Ipsi debent fieri primi et immediati apostoli iuvenum, apostolatam inter seipsos per seipsos exercentes, ratione habita ambitus socialis ubi vivunt.⁸

Curent adulti cum iuvenibus amicale colloquium instituere quod permittat utrique parti, aetatis distantia superata, mutuo sese cognoscere atque divitias cuique proprias in vicem communicare. Exemplo primum et, data occasione, prudenti consilio validoque auxilio adulti iuventutem ad apostolatam stimulent. Iuvenes vero erga adultos reverentiam ac fiduciam nutriant; et, licet naturaliter sint ad novitates inclinati, laudabiles tamen traditiones debite aestiment.

Pueri quoque propriam habent apostolicam actuositatem. Secundum vires suas veri sunt testes viventes Christi inter socios.

13. Apostolatus in ambitu sociali, scilicet studium špiritu christiano informandi mentem et mores, leges et structuras communitatis in qua aliquis vivit, adeo laicorum munus onusque est ut ab aliis numquam debite expleri valeat. Hoc in campo laici possunt apostolatam similis erga similem exercere. Ibi vitae testimonium per verbi testimonium complent.⁹ Ibi in campo vel laboris, vel professionis, vel studii, vel incolatus, vel otii, vel consortionis, fratribus adiuvandis aptiores existunt.

Hanc Ecclesiae missionem in mundo laici adimplent ante omnia illa cohaerentia vitae cum fide qua lux mundi efficiuntur; probitate sua in quovis negotio, qua orfmes ad amorem veri et boni, et tandem ad Christum et Ecclesiam alliciunt; čari ta te fraterna qua participes facti condicionum vitae, laborum, dolorum et aspirationum fratrum, omnium corda sensim sine sensu ad gratiae salutaris operationem disponunt; plena illa conscientia suarum partium in aedificanda societate, qua navitatem suam domesticam, socialem, prbfessionalem, christiana magnanimitate adimplere satagunt. I ta ipsorum modus agendi paulatim penetrat ambitum vitae et laboris. Apostolatus hic omnes amplecti debet quotquot ibi inveniuntur, neque ullum excludere bonum spirituale vel temporale quod eis faciendi copia est. Sed veri apostoli, hac actione sola non contenti, animos intendunt

rodni karakter. Dok im dozrijeva svijest o njihovoj vlastitoj osobnosti, potaknuta prirodnim žarom i nesuzdrživom aktivnošću, oni preuzimlju vlastitu odgovornost te u društvenom i kulturnom životu žele uraditi svoj dio. Ukoliko je taj žar prožet Kristovim duhom i voden ljubavlju i poslušnošću pastirima Crkve, ima nade da će iz njega uroditi najobilniji plodovi. Mladi moraju biti prvi i izravni apostoli mladih izvršavanjem apostolata među njima i preko njih, vodeći računa o socijalnoj sredini, u kojoj žive.²⁴

Odrasli se moraju potruditi da s mladima povedu prijateljske dijaloge koji će i jednima i drugima omogućiti, nadilazed razlike u dobi, da se međusobno upoznaju i komuniciraju svoja vlastita bogatstva. Najprije primjerom, a u elanom času pametnim savjetom i korisnom pomoći, odrasli stimuliraju omladinu na apostolat. Mladi trebaju razvijati povjerenje i poštovanje prema starijima, i makar su po prirodi usmjereni k novinama, treba da znaju cijeniti vrijedne tradicije.

Također i djeca imaju svoju apostolsku djelatnost, koja je njima vlastita. U granicama svojih sposobnosti ona su među svojim drugovima pravi svjedoci živoga Krista.

Socijalna sredina

13. Apostolat u socijalnoj sredini povjerenje je i obaveza laicima da kršćanskim duhom prožmu mentalitet i navike, zakone i strukture zajednica u kojima žive. Taj apostolat ne može nitko drugi mjesto njih ispuniti. Na tom području mogu laici, koji su u jednakim uvjetima, sprovoditi apostolat jedni među drugima. U tom slučaju oni svjedočenje životom dopunjuju svjedočenjem riječju.⁸⁵ Upravo na zajedničkom radnom mjestu, u istom zvanju, studiju, mjestu stanovanja, odmoru i društvu imaju laici najbolju priliku da pomognu svojoj braći.

Ovu misiju Crkve u svijetu laici ispunjavaju prije svega usklađivanjem svoga života s vjerom, koja ih čini svjetlom svijeta; zatim svojim poštenjem u svim djelovanjima, kojim sve ljude pobuđuju da ljube istinitost i dobro i tako ih potiču da pristupe Kristu i Crkvi; zatim bratskom ljubavlju, kojom sudjeluju u uvjetima života, radu, bolima i stremljenjima braće, raspoložuju srca sviju za djelovanje spasonosne milosti. Konačno, zbog pune svijesti svoga udjela u izgradnji društva, neka se trude da kršćanskom velikodušnošću ispunjavaju svoje obiteljske, društvene i profesionalne zadatke. Tako će njihov način rada malo-pomalo prožeti ambijent njihova života i rada.

Ovaj apostolat mora obuhvatiti sve s čime se susretne i ne smije isključiti ni jedno dobro, bilo duhovno bilo vremenito* za koje su laici u mogućnosti da ga čine. Ali pravi apostoli ne zadovoljavaju

ad Christum etiam verbis proximo annuntiandum. Multi enim homines nonnisi per vicinos laicos possunt Evangelium audire et Christum agnoscere. \

14. Immensus patet apostolatus campus in ordine nationali et internationali, ubi laici potissimum sunt sapientiae christianae administrati. In pietate erga nationem et in fideli impletione officiorum civiliuni catholici obligatos se sentiant ad verum bonum commune promovendum, et sic pondus suae opinionis valere faciant ut potestas civilis iuste exerceatur ac leges praeceptis moralibus bonoque communi respondeant. Catholici rerum publicarum periti et, uti par est, in fide et doctrina christiana firmati, ne recusent negotia publica gerere, cum per ea digne gesta bono communi consulere et simul Evangelio viam sternere possint.

Studeant catholici cooperari cum omnibus bonae voluntatis hominibus ad promovenda quaecumque sunt vera, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia (cf. Phil. 4, 8). Colloquium habeant cum eis, prudentia et humanitate eos praevenientes, investigationemque instituant circa instituta socialia et publica secundum Evangelii spiritum perficienda.

Inter signa nostri temporis speciali notaru dignus est crebescens ille et ineluctabilis sensus solidaritatis omnium populorum, quem sollicitate promovere et in sincerum et verum fraternitatis affectum convertere apostolatus lakorum munus est. Insuper laici conscii esse debent campi internationalis et quaestionum ac solutionum sive doctrinalium sive practicarum quae in illo oriuntur, praesertim quoad gentes ad progressum nitentes.¹⁰

Meminerint omnes qui in alienis nationibus laborant vel eis auxilium praestant, relationes inter populos verum commercium fraternum esse debere, in quo utraque pars dat simul et accipit. Qui vero operum internationalium causa vel negotii vel otii, iter faciunt, recordentur se esse ubique etiam praecones itinerantes Christi, et ut tales in veritate sese gerant.

Caput IV DE VARIIS

APOSTOLATUS MODIS

15. Laici suam actionem apostolicam exercere possunt vel ut singuli vel in variis communitatibus aut associationibus coadunati.

se samo ovom akcijom, nego se brinu da i riječju naviještaju Krista onima koji ih okružuju. Mnogi naime ljudi mogu čuti evanđelje i upoznati Krista jedino preko laika s kojima dolaze u doticaj.

Narodni i međunarodni plan

14. Neizmjereno je područje apostolata na nacionalnom i među narodnom planu na kojem su laici najvrjedniji službenici kršćanske mudrosti. Katolici se moraju smatrati obaveznima da u odanosti prema naciji i u savjesnom ispunjavanju svojih građanskih dužnosti promiču zajedničko dobro; to moraju tako ozbiljno činiti da građanska vlast računa s njihovim mišljenjem i tako bude pomognuta da se pravedno izražava, i da zakoni budu u skladu s moralnim zapovijedima i zajedničkim dobrom. Katolici koji su vješti za javne društvene dužnosti i upućeni u vjeri i kršćanskoj nauci kako odgovara, neka ne odbijaju obnašanje državnih službi, jer po njima, ako ih sposobno obavljaju, mogu pomoći zajedničkom dobru i ujedno utirati put evanđelju.

Katolici se moraju truditi da surađuju sa svim ljudima dobre volje na promicanju svega što je istinito, pravedno, sveto, dostojno ljubavi (usp. Fil 4, 8). S njima moraju ući u dijalog prilazeći im s razboritošću i humanošću, i trebaju istraživati kako da socijalne i političke ustanove usavrše prema duhu evanđelja.

Između znakova našeg vremena treba posebno istaći nesavladivi i stalno rastući osjećaj solidarnosti svih naroda, koji apostolat laika mora razviti i preobraziti u iskrenu i zbiljsku želju za bratstvom. Štoviše, laici moraju biti svjesni postojanja i međunarodnog područja i pitanja, odnosno rješenja, bilo doktrinalnih bilo praktičnih, koja se na njemu pojavljuju, posebno u odnosu na zemlje u razvoju.²⁶

Svi koji rade u tuđim zemljama, ili im pružaju pomoć, trebaju imati na pameti da odnosi među narodima moraju biti prava bratska Tazmjena u kojoj obje strane u isti mah i daju- i primaju. Oni dakle koji putuju u inozemstvo, bilo zbog posla bilo zbog odmora, neka imaju na umu da su svugdje putujući vjesnici Kristovi i neka se zaista tako vladaju.

IV g l a v a

RAZNI NAČINI APOSTOLATA

Uvod

15. Laici mogu svoje apostolsko djelovanje vršiti pojedinačno ili pak okupljeni \ u različite zajednice ili udruženja.

16. Apostolatus a singulis peragendus, ex fonte vitae vere christianae abundanter profluens (cf. Io. 4, 14), praeordium est et condicio omnis apostolatus laicorum, etiam consociati, nec quidquam pro eo substitui potest.

Ad huiusmodi apostolatum, semper et ubique proficuum, sed *m* quibusdam adiunctis unice aptum et possibilem, omnes laici, cuiusvis conditionis, vocantur eoque obligantur, etsi deest eis occasio vel possibilitas in associationibus cooperandi.

Multae sunt apostolatus formae quibus laici Ecclesiam aedificant atque mundum sanctificant et in Christo animant.

Peculiaris forma apostolatus singulorum et signum nostris quoque temporibus accommodatissimum, Christum in fidelibus suis viventem manifestans, est testimonium totius vitae laicalis e fide, spe et caritate emanantis. Apostolatu verbi autem, in quibusdam adiunctis omnino necessario, laici Christum annuntiant, eiusdem doctrinam enucleant, diffundunt secundum suam cuiusque condicionem ac peritiam, et eam fideliter profitentur.

Cooperantes insuper, utpote cives huius mundi in his quae ad ordinem temporalem aedificandum et gerendum pertinent, oportet ut laici in vita familiari, professionali, culturali et sociali rationes agenda altiores in lumine fidei quaerant aliisque, occasione data, patefaciant, conscii se sic Dei creatoris, redemptoris et sanctificatoris cooperatores fieri, laudemque Ei praestare.

Denique laici suam vitam caritate vivificent et, pro facultate, operibus exprimant.

Meminerint omnes, cultu publico et oratione, paenitentia et laborum aerumnarumque vitae libera acceptatione, qua Christo patienti conformes efficiuntur (cf. 2 *Got.* 4, 10; Col. 1, 24), se omnes homines attingere et ad totius mundi salutem conferre posse.

17. Magna necessitate hic apostolatus singulorum urget in illis regionibus in quibus graviter impeditur libertas Ecclesiae. In his difficillimis adiunctis laici vicem, pro facultate, sacerdotum supplentes, ipsam suam libertatem et aliquando vitam in discrimen ponentes, eos qui circa ipsos sunt christianam docent doctrinam, ad vitam religiosam ac mentem catholicam instituunt, ad sacramenta frequenter suscipienda pietatemque praesertim eucharisticam colendam inducunt.¹ Sacrosancta Synodus, dum ex imo corde gratias agit Deo, qui, nostris etiam temporibus, heroicæ fortitudinis laicos in medio persecutionum suscitare non desinit, eos paterno affectu ac grato animo complectitur.

Važnost i mnogostrukost pojedinačnog apostolata

16. Apostolat što ga svatko mora vršiti i koji obilno izvire iz istinskog kršćanskog života (usp. Iv 4, 14) počelo je i uvjet svakog apostolata laika, pa tako i zajedničkog apostolata, i ništa ga ne može nadomjestiti.

Svi laici bilo kojeg položaja, pa makar i ne imali prilike ili mogućnosti da surađuju udruženo, pozvani su i obavezani na ovakav apostolat, koji je uvijek i svugdje plodan, a u nekim uvjetima jedino prikladan i moguć.

Mnogi su oblici apostolata kojima laici izgrađuju Crkvu, svijet posvećuju i u Kristu oživljuju.

Osobito oblik pojedinačnog apostolata i najpodesniji znak za naša vremena, kojim se Krist u svojim vjernicima očituje živ, jest svjedočanstvo cjelokupnog laikova života koje je nadahnuto vjerom, nadom i ljubavlju. Apostolatom riječi, koji je u nekim okolnostima veoma nuždan, laici naviještaju Krista, obrazlažu njegovu nauku, šire je svatko prema svome stanju, svojim sposobnostima, i s vjernošću je ispovijedaju.

K tome, surađujući kao građani ovoga svijeta u svemu što se tiče izgradnje i upravljanja vremenitog poretka, laici neka u obiteljskom, profesionalnom, kulturnom ili društvenom životu traže više razloge djelovanja u svjetlu vjere i neka to drugima u danoj zgodi očituju, svjesno da su na taj način suradnici Boga stvoritelja, otkupitelja i posvetitelja, i da ga tako slave.

Jednom riječju, laici trebaju svoj život prožeti ljubavlju i djelima je izražavati prema svojim sposobnostima.

Svi trebaju imati na pameti da slobodnim prihvaćanjem javnog kulta i molitve, pokore, rada i napora života, kojima postaju slični trpećem Kristu (usp. 2 Kor 4, 10; Kol 1, 24), mogu doseći sve ljude i pridonijeti spasu čitavog svijeta.

Pojedinačni apostolat u posebnim okolnostima

17. Ovaj apostolat pojedinaca naročito je potreban i hitan u krajevima gdje je sloboda Crkve ozbiljno ugrožena. U takvim vrlo teškim uvjetima laici, u onome što mogu, nadomještaju svećenike, izlažu Opasnosti svoju slobodu, a katkad i svoj život; poučavajući u kršćanskoj doktrini one koji ih okružuju, osposobljavaju ih za religiozan život i katolički duh, uvode u štovanje i često primanje sakramenata, osobito euharistije.*⁷ Koncil iz dna srca zahvaljuje Bogu — koji ni u naše vrijeme ne prestaje podizati laike herojske odvažnosti usred progonstava — okružuje ih svojim očinskim osjećanjem i izražava im svoje priznanje.

Apostolatus singulorum specialem habet campum in regionibus ubi catholici sunt pauci et dispersi. Ibi laici, qui solummodo ut singuli apostolatum exercent, sive ob causas supra dictas, sive ob rationes speciales etiam ex propria navitate professionali exortas, opportune tamen ad colloquium conveniunt in minoribus coetibus sine ulla strictiore institutionis vel organizationis forma, ita ut semper appareat signum communitatis Ecclesiae coram aliis, tamquam verum amoris testimonium. Hoc modo, per amicitiam et communicationem experientiae, sese mutuo spiritualiter adiuvantes confirmantur ad incommoda vitae et actionis nimis segregatae superanda atque ad fructus uberiores apostolatus ferendos.

18. Christifideles ut singuli ad apostolatum exercendum in variis suae vitae condicionibus vocati sunt; meminerint tamen hominera natura sua sociale esse et Deo placuisse credentes in Christum in populum Dei (cf. 1 Pt. 2, 5-10) et in unum corpus coadunare (cf. 1 Cor. 12, 12). Apostolatus consociatus ergo exigentiae christifidelium tam humanae quam christianae feliciter respondet simulque signum prae se fert communionis et unitatis Ecclesiae in Christo qui dixit: »Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum« (Mt. 18, 20). Quapropter christifideles apostolatum suum exercent, in unum conspirantes.* Sint apostoli tam in suis communitatibus familiaribus, quam in paroeciis et dioecesibus*, quae ipsae exprimunt indolem communitariam apostolatus, atque in liberis coetibus in quos se congregare statuerint.

Apostolatus consociatus magni momenti est etiam eo quod, sive in communitatibus Ecclesiae sive in variis ambitibus, apostolatus saepe postulat ut actione communi impleatur. Consociationes enim pro actionibus apostolatus communibus erectae sua membra fulciunt et ad apostolatum formant, eorumque operam apostolicam recte disponunt et moderantur, ut multo uberiores exinde sperari liceat fructus quam si singuli seiunctim agant.

In praesentibus vero adiunctis, pernecesse est ut in ambitu navitatis laicorum consociata et organizata forma apostolatus roboretur; etenim arcta virium coniunctio sola valet et ad omnes apostolatus hodierni fines plene assequendos et eius bona valide defendenda.* Qua in re peculiari modo interest ut apostolatus etiam mentes communes et sociales condiciones eorum, ad quos convertitur, attingat; secus pressioni sive opinionis publicae sive institutionum saepe impares erunt.

19. Magna invenitur varietas in apostolatus consociationibus;* aliae finem generalem apostolicum Ecclesiae sibi proponunt; aliae modo particulari fines evangelizationis et sanctificationis; aliae fines

Apostolat pojedinaca ima svoje zasebno polje rada u krajevima gdje su katolici malobrojni i raspršeni. Laici, u okolnostima kad vrše apostolat samo kao pojedinci, bilo zbog gore navedenih razloga ili pak zbog posebnih razloga koji katkad proizlaze iz profesionalne aktivnosti, mogu se korisno okupljati u male skupine bez ikakve strože organizacije ili institucije, tako da se uvijek pred drugima očituje znak zajedništva Crkve kao svjedočanstvo prave ljubavi. Na taj se način međusobno duhovno pomažu prijateljstvom i izmjenjivanjem iskustava, očvršćuju da nadvladaju teškoće odvojenog života i djelovanja i donose što obilatije plodove.

Važnost udruženog oblika apostolata

18. Svaki pojedini kršćanin pozvan je da apostolski djeluje u različitim uvjetima svoga života; ipak treba imati na umu da je čovjek po svojoj naravi socijalan i da se Bogu sviđelo sve one koji vjeruju u Krista okupiti u narod Božji (usp. 1 Pt 2, 5-10) i u jedno tijelo (usp. 1 Kor 12, 12). Udruženi apostolat izvrsno odgovara ljudskom i kršćanskom položaju vjernika i ujedno je znak zajedništva i jedinstva Crkve u Kristu, koji je rekao: »Jer gdje su dvojica ili trojica sabrana radi mene, tu sam ja među njima« (Mt 18, 20).

Stoga kršćani trebaju apostolski djelovati u duhu jedinstva.²⁸ Neka budu apostoli u svojem obiteljima, u župskim i biskupijskim zajednicama, koje također iskazuju komunitarni značaj apostolata, i u slobodnim društvima u koja se odluče okupiti.

Udruženi je apostolat vrlo važan i zbog toga što apostolat, bilo u crkvenim zajednicama bilo u nekim drugim sredinama, najčešće zahtijeva da bude ostvaren zajedničkim zalaganjem. Udruženja koja su ustanovljena u svrhu zajedničkog apostolskog djelovanja podupiru svoje članove, pripremaju ih za apostolat i tako vode i upravljaju njihovom apostolskom djelatnošću da ima nade u mnogo bolje rezultate nego ako pojedinci djeluju odvojeno.

U sadašnjim povoljnim prilikama sasvim je nužno da se tamo gdje djeluju laici razvija udruženi i organizirani oblik apostolata; naime, jedino se čvrstim povezivanjem snaga mogu potpunoma postići ciljevi suvremenog apostolata i valjano obraniti njegove vrijednosti.²⁹ Stoga je osobito važno da apostolat pogađa opći mentalitet i socijalne uvjete onih kojima se bavi, inače će često ostati nesposoban da se odupre pritisku javnog mnijenja i ustanova.

Mnogostrukost udruženog oblika apostolata

19. Postoji velika raznolikost među udruženjima za apostolat:^{8*} neka še opredjeljuju za opći cilj apostolata Crkve, neka za ciljeve naviještahja evanđelja i posvećivanja pod jednim posebnim vidom,

animationis christianae ordinis temporalis persequuntur; aliae speciali modo per opera misericordiae et caritatis testimonium Christi praebent.

Inter has consociationes illae imprimis considerandae sunt quae intimiorem unitatem inter vitam practicam membrorum et eorum fidem fovent atque extollunt. Consociationes non sunt sibi ipsis finis, sed missioni Ecclesiae circa mundum adimplendae inservire debent; earum vis apostolica e conformitate. cum finibus Ecclesiae pendet atque e singulorum membrorum totiusque associationis testimonio christiano et spiritu evangelico.-

Universale autem munus missionis Ecclesiae, spectato simul progressu institutorum et impellente cursu societatis hodiernae, requirit ut incepta apostolica catholicorum magis magisque perficiant formas consociatas in campo internationali. Organizationes Internationales Catholicae finem suum melius consequuntur, si coetus qui in illis coadunantur eorumque membra intimius eisdem uniuntur.

Debita cum auctoritate ecclesiastica relatione servata,⁵ ius est laicis consociationes condere⁸ et moderari conditisque nomen dare. Vitanda tamen est virium dispersio quae tunc contingit, si promoventur sine sufficienti ratione novae associationes et opera, vel si retinentur ultra vitam utilem associationes sive methodi obsoletae; nec semper opportunum erit formas quae in alia natione instituuntur, ad alias sine discrimine transferre.⁷

20. Abhinc non pauca decennia, pluribus in nationibus, laici, magis in dies apostolatus sese devoverites, in varias formas actionum et consociationum sese congregarunt quae, actionem cum Hierarchia servantem coniunctionem, fines proprie apostolicos persecutae sunt et persequuntur. Inter has vel etiam similes antiquiores institutiones eae praesertim commemorandae sunt quae, etsi diversarationes operandi sequebantur, uberrimos tamen fructus regno Christi attulerunt, quaeque a Summis Pontificibus et a multis Episcopis merito commendatae atque promotae, ab eis nomen Actionis Catholicae acceperunt, et saepissime ut cooperatio laicorum in apostolatu hierarchico describebantur.⁸

Hae apostolatus formae sive nomen Actionis Catholicae habeant sive aliud, quae nostris temporibus pretiosum apostolatum exercent, sequentium notarum concursu et cumulata acceptione constituuntur:

a) Finis immediatus huiusmodi organizationum finis apostolicus Ecclesiae est, scilicet in ordine ad homines evangelizandos et sanctificandos eorumque conscientiam christiane efformandam ita ut varias communitates variosque ambitus spiritu Evangelii imbuere valeant;

neka se brinu za to da bi kršćanski nadahnula vremeniti poredak, neka pak na poseban način svjedoče za Krista djelima milosrđa i ljubavi.

Među ovim udruženjima treba na prvom mjestu zapaziti ona koja daju prednost i veću cijenu najtješnjem jedinstvu praktičnog života članova i njihove vjere. Udruženja nisu sama sebi cilj, nego moraju služiti ispunjenju misije Crkve prema svijetu, njihova apostolska vrijednost ovisi o njihovoj usklađenosti s ciljevima Crkve, o kršćanskom svjedočenju i evanđeoskom duhu svakog pojedinog člana i cijelog udruženja.

Univerzalna misija Crkve, uz istovremeni razvitak institucija i uz pritisak evolucije suvremenog društva, zahtijeva da apostolski pothvati katolika sve više i više razvijaju oblike udruživanja na međunarodnom planu. Međunarodne katoličke organizacije lakše će postići svoj cilj ako ona udruženja koja su u njih učlanjena i njihove članove tješnje uza se povezu.

Čuvajući dužnu vezu s crkvenim autoritetom,⁸¹ laici imaju pravo osnivati udruženja,⁸² voditi ih i pristupati onima koja postoje. Neka izbjegavaju mrvljenje sila do kojeg dolazi ako se bez dovoljnog razloga promiču nova udruženja i pothvati, ili ako se čuvaju društva koja su za život postala beskorisna i metode već nadiđene. Nije također uvijek korisno organizacijske oblike apostolata koji su izrasli u jednom narodu prenositi bez ikakve razlike među druge.⁸⁸

Katolička akcija

20. Prošlo je već nekoliko desetljeća kako su se u mnogim zemljama laici, koji se iz dana u dan sve više posvećuju apostolatu, okupili u različita djela i udruženja, a ta su djela i udruženja, tijesno povezana s hijerarhijom, postizala i još postižu apostolske ciljeve u pravom smislu. Među ovim i sličnim starijim udruženjima treba posebno spomenuti ona koja su, mada slijede različite metode rada, Kristovu kraljevstvu ipak donijela obilne plodove, a koja su pape i mnogobrojni biskupi s pravom preporučivali i promicali, te ih nazivali Katolička akcija i vrlo ih često opisivali kao suradnju laika u hijerarhijskom apostolatu.⁸⁴

Ovi oblici apostolata, bilo da se zovu Katolička akcija ili drukčije, ostvaruju u naše vrijeme dragocjen apostolat, a sastoje se iz ovih elemenata koji ih obilježuju:

a) neposredni je cilj ovih organizacija apostolski cilj Crkve da ljudima naviješta evanđelje, da ih posvećuje i tako usmjeri njihovu kršćansku svijest da budu sposobni u različite zajednice i različite ambijente unijeti duh evanđelja;

b) Laici, cooperantes iuxta modum proprium cum Hierarchia, suam experientiam afferunt et responsabilitatem assumunt in iis organizationibus moderandis, in condicionibus perpendendis in quibus actio pastoralis Ecclesiae exercenda sit, atque in elaboranda et exsequenda ratione rerum agendarum;

c) Laici agunt uniti ad instar organici corporis, ita ut aptius Ecclesiae communitas significetur et efficacior evadat apostolatus;

d) Laici, sive sponte sese offerentes, sive invitati ad actionem et directam cooperationem cum apostolatu hierarchico, agunt sub superiore moderamine ipsius Hierarchiae, - quae potest hanc cooperationem etiam per explicitum mandatum sancire.

Organizationes in quibus hae notae simul sumptae iudicio Hierarchiae reperiuntur, Actio Catholica censendae sunt, etsi ob locorum ac populorum exigentias, varias formas et nomina assumunt.

Sacrosanctum Concilium has institutiones, quae necessitatibus apostolatus Ecclesiae, apud multas gentes, ceirte respondent, enixe commendat: sacerdotes et laicos qui in ipsis adlaborant invitat, ut notas supra commemoratas magis magisque ad effectum adducant et cum omnibus aliis apostolatus formis semper fraterne in Ecclesia cooperentur.

21. Omnes consociationes apostolatus recte aestimandae sunt; eae vero quas Hierarchia secundum temporum necnon locorum necessitates laudaverit vel commendaverit vel ut urgentiores instituendas decreverit, a sacerdotibus, religiosis et a laicis plurimi faciendae atque secundum modum uniuscuiusque promovendae sunt. Inter illas vero hodie praesertim recensendae sunt consociationes vel coetus internationales catholicorum.

22. Speciali honore et commendatione in Ecclesia digni sunt laici, sive caelibes sive matrimonio iuncti, qui perpetuo aut ad tempus servitio institutionum earumque operum seipsos, sua peritia professionalis, devovent. Eidem magno gaudio est quod in dies numerus laicorum augetur, qui proprium ministerium praebent associationibus et operibus apostolatus, sive, intra fines suae nationis sive in campo internationali sive praesertim in catholicis communitatibus missionum et ecclesiarum liovellarum.

Pastores Ecclesiae hos laicos libenter et grato animo fecipiant, curent ut eorum condicio exigentiis iustitiae, aequitatis et caritatis quam maxime satisfaciat, praesertim quoad honestam eorum familiarumque sustentationem, ipsique necessaria institutione, spirituali solamine et incitamento gaudeant.

b) laici, surađujući s hijerarhijom na sebi svojstven način, pridonose svoje iskustvo i imaju odgovornost u vođenju tih organizacija, pri ocjenjivanju uvjeta u kojima treba vršiti pastoralnu akciju Crkve, a tako i u izrađivanju i provođenju svog programa rada;

c) laici trebaju raditi ujedinjeno poput organiziranog tijela; time se najjasnije očituje jedinstvo Grkve a sam apostolat biva uspješniji;

d) laici, bilo da se sami dragovoljno dadu na apostolat, bilo da su pozvani na djelovanje i neposrednu suradnju s hijerarhijskim apostolatom, djeluju pod vrhovnim vodstvom same hijerarhije, koja ovu suradnju može potvrditi i izričitim mandatom.

Organizacije u kojima se, po sudu hijerarhije, obistinjuju sva ova obilježja skupno, mogu se smatrati Katoličkom akcijom, iako prema potrebama mjesta i narodi mogu imati različite oblike i nazive.

Koncil preporučuje ovakve organizacije, koje u mnogim zemljama zaista odgovaraju potrebama apostolata Crkve, i poziva svećenike i laike koji u njima djeluju da spomenute oznake sve više realiziraju i uvijek bratski surađuju s ostalim oblicima apostolata u Crkvi.

Procjena udruženja

Isus Krist je naime poslan na svijet kao pravi posrednik između Boga i ljudi. Budući da je on Bog, »u njemu tjelesno stanuje sva punina božanstva« (Kol 2, 9); a po ljudskoj naravi on je postavljen kao novi Adam za glavu obnovljenog čovječanstva; »pun milosti i istine« (Iv 1, 14). Stoga je Sin Božji pošao putovima zbiljskog Utjelovljenja da ljude učini dionicima božanske naravi. Poradi nas postade siromašan, premda je bio bogat, da po njegovu sirćmaštvu budemo bogati (usp. 2 Kor 8, 9). Sin Čovječji nije došao da njemu služe, nego da on služi i da dade život svoj ii'otkup za mnoge, tj. za sve (usp. Mk 10, 45). Sveti Od neprestano proklamiraju da nije ozdravljenp što nije od Krista preuzeto.*; i A preuzeo je svu ljudsku

turam qualis apud nos miseros et pauperes invenitur, absque tamen peccato.¹⁶ De seipso enim dixit Christus, »quem Pater sanctificavit et misit in mundum« (Io. 10, 36): »Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et caecis visum« (Lc. 4, 18), et rursus: »Venit Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat« (Lc. 19, 10).

Quod autem semel a Domino praedicatum est vel in Ipso pro salute generis humani actum, usque ad ultimum terrae¹⁷ proclamandum et disseminandum est, incipiendo ab Hierosoh/ma,¹⁸ ita ut quod semel pro omnibus patratum fuit ad salutem, in universis decursu temporum effectum suum consequatur.

4. Ad hoc autem perficiendum misit Christus Spiritum Sanctum a Patre, qui saliferum opus suum intus operaretur ecclesiamque ad propriam dilatationem moveret. Procul dubio Spiritus Sanctus iam in mundo operabatur antequam Christus glorificaretur.¹⁹ Die tamen Pentecostes in discipulos supervenit, ut cum eis maneret in aeternum,²⁰ Ecclesia coram multitudine publice manifestata est, diffusio Evangelii inter gentes per praedicationem exordium sumpsit, et tandem praesignata est unio populorum in fidei catholicitate, per Novi Foederis Ecclesiam, quae omnibus linguis loquitur, in caritate omnes linguas intelligit et amplectitur, et sic dispersionem Babelicam superat.²¹ A Pentecoste enim inceperunt »actus Apostolorum«, sicut superveniente Spiritu Sancto in Virginem Mariam conceptus fuerat Christus et eodem Spiritu Sancto in Ipsum orantem descendente Christus actus fuerat ad opus ministerii sui.²² Ipse autem Dominus Iesus, priusquam vitam suam libere pro mundo poneret, ita apostolicum ministerium disposuit et Spiritum Sanctum mittendum promisit, ut ambo consociarentur in opere salutis ubique et semper ad effectum adducendo.²³ Spiritus Sanctus Ecclesiam totam per omnia tempora »in communione et ministracione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit«,²⁴ ecclesiastica instituta quasi anima eorum vivificando²⁵ et eundem missionis animum, quo ipse Christus actus fuerat, in cordibus fidelium instillando. Aliquando etiam actionem apostolicam visibiliter praevenit.²⁶ sicut eam variis modis indesinenter comitatur et dirigit.²⁷

r 5. Dominus Iesus, inde ab initio »vocavit ad Se quos voluit Ipse... et fecit ut essent duodecim cum IUo et ut mitteret eos praedicare« (Me. 3, 13).²⁸ Sic Apostoli fuerunt novi Israel germina simulque sacrae hierarchiae origo. Deinde, cum semel, morte et resurrectione sua, comprehensisset in seipso mysteria salutis nostrae et reno-

narav kakva je ona u ljasku bijednih i siromašnih, osim u grijehu (usp. Heb 4, 15; 9, 28). O -samome sebi rekao je Krist, kojega je Otac posvetio i poslao na svijet (usp. Iv 10, 36): »Na meni je Duh Gospodnji, jer me pomazao i poslao da donesem Radosnu vijest siromasima, da izliječim potištene, da navijestim oslobođenje zarobljenicima i vraćanje vida slijepcima« (Lk 4, 18). I opet: »Sin je Čovječji došao da traži i spasi što je izgubljeno« (Lk 19, 10).

Što je pak jednoć Gospodin propovijedao ili što je u njemu učinjeno za spas ljudskog roda, ima se naviještati i sijati sve do kraja zemlje (Dj 1, 8), počevši od Jeruzalema (usp. Lk 24, 47). Tako da ono što se jedanput za spasenje svijeta izvelo postigne tijekom vremena svoj učinak u svima.

Poslanje duha Svetoga

4. Da se pak ovo izvrši, poslao je Krist Duha Svetoga od Oca, da bi iznutra ostvarivao njegovo spasiteljsko djelo i pokretao Crkvu na širenje. Duh je Sveti bez suradnje djelovao u svijetu već prije negoli je Krist bio proslavljen.⁷ Ipak je, Duhove sišao na apostole, da ostane s njima zauvijek (usp. Iv 14, 16); Crkva se pred mnoštvom očitovala javno, propovijedanjem je otpočelo širenje evanđelja među narodima. Tu je napokon predoznačeno objedinjavanje naroda u katolicitetu *vjerno* Crkvi Novoga saveza, koja govori svim jezicima, koja u svim jezicima razumije sve jezike i na taj način nadvladava babilonsko rasulo.⁸

Od Duhova naime otpočeo je »djela apostolska«, kao što je Krist začeo silaskom Duha Svetoga nad Djevicu Mariju i kao što je Krist uveden u djelo svoje službe silaskom istoga Duha Svetoga na njega dok se molio.« A sam Gospodin Isus, prije nego je dragovoljno žrtvovao svoj život za svijet, tako je uredio apostolsku službu i obećao poslati Duha Svetoga, da se oboje združi na djelo da ga uvijek i posvuda učine plodnim.¹⁰ Cjelokupnu Crkvu kroz sva vremena Duh Sveti »ujedinjuje u zajednici i služanju, daje joj različite hijerarhijske i karizmatičke darove.«¹¹ On poput duše oživljuje crkvene ustanove¹² i ulijeva u srca vjernika isti duh poslanja koji je pokretao samoga Krista. Gdje kada također vidljivo pretječe apostolsko djelovanje,^{1*} kao što to djelovanje neprestano raznoliko prati i upravlja.^{1*}

Poslanje Crkve

5. A sve od početka Gospodin Isus »pozva k sebi one koje odabra i postavi Dvanaesticu da ga prate, da ih šalje da propovijedaju« (Mk 3, 13; usp. Mt 10, 1-42). Tako postadoše apostoli klice novog Izraela a ujedno i ishodište svete hijerarhije. Zatim kad je jednom zauvijek svojom smrću i uskrsnućem izvršio u sebi misterije našega

vationis universorum, Dominus omnem potestatem adeptus in caelo et in terra,²⁹ priusquam assumeretur in caelum,³⁰ Ecclesiam suam ut sacramentum salutis fundavit, apostolosque in universum mundum misit sicut et ipse missus fuerat a Patre,³¹ mandans eis: »Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis« (Mt. 28, 19-20). »Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur« (Mc. 16, 15). Inde Ecclesiae officium ineumbit propagandi fidem salutemque Christi, tum virtute expressi mandati, quod ab ApostoUs haereditavit Ordo Episcoporum cui assistunt Presbyteri, una cum Successore Petri Ecclesiaeque Summo Pastore, tum virtute vitae quam membris suis influit Christus, »ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate« (Eph. 4, 16). Missio ergo Ecclesiae adimpletur operatione qua, mandato Christi oboediens et Spiritus Sancti gratia caritateque mota, omnibus hominibus vel gentibus pleno actu praesens fit, ut eos, exemplo vitae et praedicatione, sacramentis ceterisque gratiae mediis ad fidem, libertatem et pacem Christi adducat, ita ut eis via libera ac firma pateat ad plene participandum mysterium Christi.

Cum haec missio continuet et per decursum historiae explicet missionem ipsius Christi, qui evangelizare pauperibus missus est, eadem via, instigante Spiritu Christi, Ecclesia procedere debet ac ipse Christus processit, via nempe paupertatis, oboedientiae, servitii et sui ipsius immolationis usque ad mortem, ex qua per resurrectionem suam victor processit. Nam sic in spe ambulaverunt omnes Apostoli, qui tribulationibus multis et passionibus adimpleverunt ea quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia.⁹³ Saepe etiam semen fuit sanguis christianorum.⁹⁴*

6. Hoc munus, ab Ordine Episcoporum, cui praest Successor Petri, orante et; cooperante, tota Ecclesia, adimplendum, unum idemque existit, ubique et in omni condicione, licet non eodem pro rerum condicione modo exerceatur. Differentiae proinde, quae in hac Ecclesiae activitate agnoscendae sunt, non sumuntur ex intima natura ipsius missionis, sed ex condicionibus in quibus missio haec exercetur. ab Ecclesia) sive etiam a populis, a coetibus vel ab hominibus ad quos missio dirigitur. Ecclesia enim, quamvis de se totalitatem seu plenitudinem mediorum salutis comprehendat, nec semper nec statim secundum omnia agit nec agere potest, sed initia et gradus in actione sua experitur, qua propositum

spasenja i obnove svega, Gospodin, koji je dobio svu vlast na nebu i na zemlji (usp. Mt 28, 18) — prije nego će biti uzet na nebo (usp. Dj 1, 11) — osnovao je svoju Crkvu kao sakrament spasenja i poslao apostole po svemu svijetu, kao što je i Otac poslao njega (usp. Iv 20, 21), dajući im nalog: »Zato idite i učinite sve narode učenicima mojim! Krstite ih u ime Oca i Sina i Duha Svetoga! Učite ih da vrše sve što sam vam zapovjedio!« (Mt 28, 19-20). »Idite po svem svijetu i propovijedajte Radosnu vijest svakom stvorenju! Tko bude vjerovao i pokrstio se, spasit će se; tko ne bude vjerovao, osudit će se« (Mk 16, 15-16...). Odatle ima Crkva dužnost da širi Kristovu vjeru i spasenje. Tu dužnost ima ona na temelju izričitog naloga koji je od apostola naslijedio red biskupa s Petrovim nasljednikom i vrhovnim pastirom Crkve — kome pripomažu svećenici — i snagom života što je ulijeva Krist svojim udovima; od njega »cijelo tijelo, skupa povezano i skupa držano svakovrsnom opskrbnom vezom prema djelotvornosti što je svakom pojedinom dijelu odmjerena — ostvaruje svoj rast na izgradnju samoga sebe u ljubavi« (Ef 4, 16). Misija se dakle Crkve ispunjava djelovanjem kojim ona postaje činjenično potpuno prisutna svim ljudima i narodima —* pokoravajući se Kristovoj naredbi i potaknuta milošću i ljubavlju Duha Svetoga — da ih primjerom života i propovijedanjem, sakramentima i ostalim sredstvima milosti privede k vjeri, slobodi i Kristovu miru, da im se tako otvori slobodan i siguran put do punog udioništva u Kristovu misteriju.

Ova misija nastavlja i kroz tijek povijesti razvija misiju samoga Krista koji je poslan da naviješta evanđelje siromasima. Stoga Crkva treba da, poticana Duhom Kristovim, korača istim putem kojim je koračao sam Krist, naime putem siromaštva, poslušna, služenja i žrtvovanja samoga sebe do smrti, iz koje je po svome uskrsnuću izašao kao pobjednik. Tako su u nadi hodali svi apostoli koji su mnogim iskušenjima i mukama dopunjali ono što nedostaje Kristovim mukama, za Tijelo njegovo, koje je Crkva (usp. Kol 1, 24). Krv kršćana bijaše Često također sjeme.*

Misijska djelatnost Crkve

6. Ova služba koju ima vršiti red biskupa, na Čelu s Petrovim nasljednikom, uz molitvu i suradnju cijele Crkve, jest jedna i ista, svagdje i u svim okolnostima, iako se, uslijed različitih prilika ne vrši na isti način. Stoga razlike, koje valja priznati u toj aktivnosti Crkve, ne potječu iz unutarnje naravi same misije već iz uvjeta u kojima se ona ostvaruje, o skupinama ili o ljudima kojima je poslanje upravljeno. Premda Crkva po sebi obuhvaća cjelinu ili puninu sredstava spasenja, ona ne djeluje i ne može djelovati ni "Uvijek ni odmah, nego zna za početke i stupnjeve u svom djelovanju kojim nastoji ostvariti Božji

Dei ad eirectum adducere conatur; imo quandoque, post feliciter inchoatam progressionem, regressum iterum deplorare cogitur, vel saltem in quodam semiplenitudinis et insufficientiae statu "moratur. Quod autera ad homines, coetus et populos attinet, eos gradatim tantum tangit ac penetrat, et sic eos in catholicam plenitudinem assumit. Cum qualibet autem condicione vel statu actus proprii seu apta instrumenta congruere debent.

Incepta peculiaria quibus Evangelii praecones ab Ecclesia missi, euntes in mundum universum, munus Evangelium praedicandi et Ecclesiam ipsam implantandi inter populos vel coetus nondum in Christum credentes exsequuntur, communiter »missiones« nuncupantur, quae per activitatem missionalem perficiuntur, et plerumque exercentur in certis territoriis a Sancta Sede agnitis. Finis proprius activitatis huius missionalis est evangelizatio et plantatio Ecclesiae in populis vel coetibus in quibus nondum radicata est.³⁴ Ita ex semine verbi Dei, Ecclesiae autochtonae particulares ubique in mundo sufficienter conditae crescant, viribus quidem propriis ac maturitate praeditae, quae hierarchia propria cum populo fidei unita et mediis quasi affinis christianae vitae plene ducendae sufficienter instructae, suam partem in utilitatem totius Ecclesiae afferant. Medium principale huius implantationis est praedicatio Evangelii Iesu Christi, ad quod annuntiandum Dominus discipulos suos misit/in mundum universum, ut homines per verbum Dei renati⁵⁵ Ecclesiae per Baptismum aggregentur, quae ut Verbi incarnati corpus ex verbo Dei et pane eucharistico nutritur et vivit.⁸⁶

In hac missionali activitate Ecclesiae, diversae condiciones aliquando permittae occurrunt: inceptionis primum seu plantationis, deinde .novitatis seu iuventutis. Quibus tamen expletis, actio missionalis Ecclesiae non desinit, sed Ecclesiis particularibus iam constitutis officium incumbit eam continuandi, et praedicandi Evangelium singulis, qui adhuc foris sunt. G>etus insuper, inter quos Ecclesia versatur, ob varias causas non raro funditus mutantur, ita ut condiciones omnino novae oriri possint. Ecclesia tunc debet perpendere, num haec condiciones activitatem eius missionalem denuo requirant.

Insuper, rerum adiuncta aliquando talia sunt ut possibilitas pro tempore desit praeconium evangelicum directe ac statim proponendi: tunc quidem missionarii possunt ac debent patienter, prudenter ac simul magna cum fiducia, saltem caritatis et beneficentiae testimonium Iristi praebere et sic vias Domino praeparare et ipsum aliquo modo praesentem redderet

Sic patet activitatem missionalem intime ex ipsa natura Ecclesiae profluere, cuius fidei salvificam prppagat, cuius catholicam unitatem dilatando perficit, cuius apostolicitate sustentatur, cuius collegialem Hierarchiae affectum exercet, cuius sanetitatem testificatur, diffundit ac promovet. Ita differt activitas missionalis inter gentes tam ab activitate pastoralis erga fideles exercenda, quam ab inceptis susci-

naum. Gdjekada je dapače, nakon sretno otpočetog rasta, prisiljena oplakivati i nazadak, ili barem zastaje u nekom stanju polupunine i nedostatnosti. Što se pak tiče ljudi, skupina i naroda, njih se dotiče i prožima ih samo postepeno, i tako ih uvodi u katoličku puninu. Svakoj okolnosti ili stanju moraju odgovarati primjereni načini djelovanja odnosno prikladna sredstva. Osobiti pothvati kojima vjesnici evanđelja, poslani od Crkve, idući u sav svijet vrše zadaću propovijedanja evanđelja i zasađivanja same Crkve u narode i skupine koje još ne vjeruju u Krista, općenito se nazivaju »misijama«. One se ostvaruju misijskom djelatnošću i većinom se provode na određenim područjima, priznatim od Svete Stolice. Vlastita svrha ove misijske djelatnosti jest evangelizacija i zasađivanje Crkve u narodima i skupinama gdje se još nije ukorijenila.^{1*}

Tako imaju iz sjemena Božje riječi, izrasti posvuda u svijetu dovoljno utvrđene autohtone partikulame Crkve, opskrbljene vlastitim snagama i zrelošću; one, dovoljno previdene vlastitom hijerarhijom u jedinstvu s vjernim pukom, i prikladnim sredstvima za puni kršćanski život, imaju pridonijeti svoj dio na korist čitave Crkve. Glavno sredstvo tog zasađivanja jest propovijedanje evanđelja Isusa Krista. Gospodin je poslao svoje učenike u sav svijet da ga naviještaju, kako bi se ljudi preporođeni Božjom riječju (usp. 1 Pt 1, 23) po krštenju pribrojili Crkvi koja kao Tijelo utjelovljene Riječi živi i hrani se od Bcfe riječi i euhudstijskog Kruha (usp. Dj 2, 42).

U toj se misijskoj djelatnosti Crkve susreću gdjekada ispremijesani različiti uvjeti: ponajprije početak ili zasađivanje, zatim novi razvoj ili razdoblje mladosti. Kada je ovo izvršeno, ne prestaje misijsko djelovanje Crkve, nego nakon što su pojedine partikulame Crkve već utemeljene imaju dužnost da ga produže i da naviještaju evanđelje pojedincima koji su još izvan Crkve.

Osim toga skupine u kojima se Crkva nalazi nerijetko se iz temelja mijenjaju uslijed raznih razloga, tako da mogu iskrsnuti posve nove prilike. Crkva mora tada rasuditi da li ovi uvjeti opet iziskuju njezinu misijsku djelatnost. Povrh toga su okolnosti gdjekada takve da za neko vrijeme nema mogućnosti da se evanđeoska poruka izravno i odmah naviješta: tada misionari mogu i moraju strpljivo, razborito a ujedno s velikim pouzdanjem pružati barem dokaze Kristove ljubavi i dobročinstvenosti i tako pripravlјati putove Gospodinu te ga na neki način učiniti nazočnim.,

. Stoga je jasno da misijska djelatnost proizlazi iz najdublje naravi Crkve. Ta djelatnost širi spasiteljsku vjeru Crkve, širenjem ostvaruje njezino katoličko jedinstvo, nošena je njezinim apostolicitetom, izražava kolegijalnu svijest njezine hijerarhije, svjedoči, širi i i promiče njezinu svetost. Tako se misijska djelatnost među nekršćanima razlikuje i od pastoralne aktivnosti, za vjernike i od pothvata koji se

piendis ad unitatem christianorum redintegrandam. Attamen duo haec cum missionali navitate Ecclesiae arctissime coniunguntur:" nam divisio christianorum sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae detrimentum affert⁸⁸ et aditum ad fidem multis praeccludit. Sic ex necessitate missionis omnes baptizati ad hoc vocantur, ut in uno grege coadunentur et ita coram gentibus de Christo, Domino suo, unanimiter testimonium reddere possint. Quod si unam fidem nondum plene testificari queant, mutua saltem aestimatione ac dilectione animentur oportet.

7. Ratio huius missionalis activitatis ex voluntate Dei sumitur, qui »omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus« (1 Tim. 2, 4-6), »et non est in alio aliquo salus« (Act. 4, 12), Oportet igitur ut aft eum, per praedicationem Ecclesiae agnitum, omnes conver-tantur, et Ipsi et Ecclesiae, quae: Corpus Eius est, per Baptismum incorporentur. Christus enim ipse »necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando,⁸⁹ necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit. Quare Uli homines salvari non possent, qui Ecclesiam Catholicam a Deo per lesam Christum ut necessariam esse conditam non igno-rantes, tamen vel in eam intrare, vel in eadem perseverare noluerint.«⁴⁰ Etsi ergo Deus viis sibi notis homines Evangelium sine eorum culpa ignorantes ad fidem adducere possit, sine qua impossibile est Ipsi placere,¹ Ecclesiae tamen necessitas incumbit,** simulque ius sacrum, evangelizandi, ac proinde missionalis activitas vim suam et necessitatem hodie"sicut et semper integram šervat.

Per eam Corpus Christi mysticum ad suum proprium incrementum vires indesinenter colligit et ordinat <* Ad eam persequendam impel-luntur membra Ecclesiae caritate, qua Deum diligunt et qua cum omnibus hominibus cupiunt communicare in "spiritualibus"bohis tam praesentis quam futurae vitae. Per hanc activitatem missionalem denique Deus plene glorificatur, dum homines salutare Eius opus, quod in Christo perfecit, conscie et plene accepiunt. Sic *pet* eam completur Dei propositum, cui Christus pboedienter et amahter ihservit ad gloriam Patris qui misit eum,^{4*}"ut uhiversum genus humanum unum Populum efformet Dei, in unum corpus; eoalescat Christi, in unum coaedificetur templum Spiritus SanctiS quod sane^i cum fraternam concordiam refert, mtimo universbrum hominum voto respondet. Sic tandem consilium Creatoris, hominem ad imaginem et similitudinem suam condentis, revera adimpletur, cum omnes qui humanam parti-cipant naturam, in Christo per Spiritum Sanctum regenerati, unani-miter gloriam Dei speculantes, dicere poterunt: »Pater noster«.⁴⁸

imaju poduzeti da se ponovno uspostavi jedinstvo kršćana. Ovo je dvoje ipak najuže povezano s, misijskim naporima Crkve;¹⁷ razdieljenost kršćana donosi naime štetu svetoj zadaći da se evanđelje naviješta svakom stvorenju,¹⁸ i mnogima zatvara pristup k vjeri. Time su zbog neophodnosti misionarenja svi kršteni pozvani na to da se ujedine u jedno stado pa da tako uzmognu pred nekršćanima jednodušno zasvjedočiti Krista, svoga Gospodina. Ne mogu li pak još potpuno zasvjedočiti jednu vjeru, valja da ih barem provijava uzajamno poštivanje i ljubav.

Razlozi misijskog djelovanja

7. Razlog ovoj misijskoj djelatnosti proizlazi iz volje Boga »koji hoće da se svi ljudi spase i dođu do potpune spoznaje istine. Jer jedan je Bog, jedan je posrednik između Boga i ljudi, čovjek Krist Isus, koji daje samog sebe kao otkup mjesto sviju« (1 Tim 2, 4-6), »i spasenja nema ni po jednom drugom« (Dj 4, 12). Potrebno je dakle da se svi obrate k njemu koga su spoznali iz naviještanja Crkve, i da se krstom pritetlove i njemu i Crkvi, koja je njegovo Tijelo. Sam je naime Krist, »naglašujud izričito, potrebu vjere i krštenja (usp. Mk 16, 16; Iv 3, 5), potvrdio time i potrebu Crkve, u koju ljudi ulaze po krštenju kao kroz vrata. Zato se ne bi mogli spasiti oni ljudi koji, iako im nije nepoznato da je Katolička Crkva od Boga ustanovljena po Isusu Kristu kao potrebna, ipak ne bi htjeli ili u nju ući ili u njoj ustrajati«.¹⁹ Premda bi dakle Bog, putovima koje on zna, mogao ljude koji bez svoje krivnje ne znaju za evanđelje privesti k vjeri, bez koje nije moguće ugoditi mu (Heb 11, 6), ipak na Crkvu pada obaveza (usp. 1 Kor 9, 16) a ujedno i sveto pravo da propovijeda evanđelje. Stoga misijsko djelovanje danas kao i uvijek zadržava potpuno svoju snagu i potrebu.

Njime mistično Kristovo Tijelo prikuplja i sređuje bež prestanka snage za svoj vlastiti rast (usp. Ef 4, 11-16). Članove Crkve da vrše misijsku djelatnost nagoni ljubav, kojom ljube Boga i kojom žele dijeliti sa svim ljudima duhovna dobra kako ovog tako i budućeg života.

Ovom se napokon misijskom djelatnošću u punoj mjeri slavi Bog, ukoliko ljudi svjesno i potpuno prihvaćaju njegovo spasiteljsko djelo koje je izveo u Kristu. Tako se po njoj ispunjuje onaj naum, Bož^i kojemu poslušno i s ljubavlju služi Krist na slavu Oca^i koji ga je poslao²⁰ da, se cijeli ljudski rod obukuje u jedan Bo^i narod, da sraste u jedno Tijelo Kristovo i da se izgradi u jedan hram Duha Svetoga. To zaciijelo odgovaranajdubljoj' ždji irvlh;ljudl; jer uspostavlja bratsii slogu. Tako se napokon uistinu ispunjuje naum Stvoritelja, koji je čovjeka stvorio na svoju sliku i priliku, kada svi koji su dionici ljudske naravi, preporođeni u Kristu po" Duhu Svetomu i tražeći jednodušno Božju slavu, budu mogli reći: »Oče naš«.*¹

8. Etiam cum ipsa natura humana eiusque adspirationibus activitas missionalis intimam habet connexionem. Christum enim manifestando, eo ipso Ecclesia hominibus genuinam eorum condicionis atque integrae vocationis veritatem revelat, cum Christus principium sit et exemplar huius humanitatis renovatae, fraterno amore, sinceritate et pacifico spiritu imbutae, ad quam omnes adspirant. Christus, et Ecclesia quae de Ipso per evangelicam praedicationem dat testimonium, omnem peculiaritatem stirpis vel nationis transcendunt, ideoque nemini et nulli ut extranei reputari possunt.^{46*} Ipse Christus est veritas atque via, quas evangelica praedictio omnibus patefacit, dum ad aures Omnium eiusdem Christi verba perfert: »Paenitemini et credite Evangelio« (Me. 1, 15). Cum autem, qui non credit, iam iudicatus sit,⁴⁷ verba Christi verba sunt simul iudicii et gratiae, mortis et vitae. Etenim solum vetustati mortem inferendo ad novitatem vitae accedere possumus: quod primo de personis valet, sed etiam de diversis bonis mundi huius, quae simul hominis peccato et Dei benedictione signantur: »Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei« (Rom. 3, 23). Nemo per seipsum et suis viribus a peccato liberatur et supra seipsum elevatur, nemo penitus a sua infirmitate vel solitudine vel servitute solvitur,⁴⁸ omnes vero indigent Christi exemplari, magistro, liberatore, salvatore, vivificatore. Revera Evangelium in historia hominum, etiam temporali, fermentum libertatis ac progressus fuit seseque iugiter praebet fermentum fraternitatis, unitatis et pacis. Non ergo sine causa Christus a fidelibus celebratur ut »expectatio gentium et Salvator earum«.⁴⁹

9. Itaque tempus activitatis missionalis est inter priorem adventum Domini et alterum, in quo Ecclesia a quatuor ventis sicut messis colligetur in regnum Dei.⁵⁰ Antequam enim Dominus veniet, in omnes gentes oportet praedicari evangelium.⁵¹

Activitas missionalis nihil aliud est et nihil minus quam propositi Dei manifestatio seu Epiphania et adimplementum in mundo et in eius historia, in qua Deus, per missionem, historiam salutis manifeste perficit. Per verbum praedicationis et per celebrationem sacramentorum, quorum centrum et culmen est Sanctissima Eucharistia, Christum salutis auctorem praesentem reddit, Quicquid autem veritatis et gratiae iam apud gentes quasi secreta Dei praesentia inveniebatur, a contagiis malignis liberat et Auctori suo Christo restituit, qui imperium diaboli evertit et multimodam servitutem malitiam arcet. Itaque quicquid boni in corde menteque hominum vel in propriis ritibus et culturis populorum seminatum invenitur, non tantum non perit, sed sanatur, elevatur et consummatur ad gloriam Dei, confusio haem daemonis et beatitudinem hominis.⁵² Sic activitas missionalis ad

Misijska djelatnost u životu i povijesti

8. Misijska je djelatnost najuže povezana također sa samom ljudskom naravi i njezinim težnjama. Objavljujući naime Krista, samim tim Crkva otkriva ljudima pravu istinu o njihovu stanju i cjelovitom pozivu, budući da je Krist počelo i model tog obnovljenog čovječanstva, prožetog bratskom ljubavlju, iskrenošću i mirotvornim duhom, prema kojemu svi teže. Krist i Crkva, koja o njemu svjedoči evanđeoskim propovijedanjem, nadilaze svaku osebnost rase ili naroda, pa se ne mogu nikomu i nigdje smatrati tuđima.²² Sam Krist jest istina i put, koje svima otvara evanđeosko propovijedanje dok svima donosi do ušiju riječi samoga Krista: »Obratite se i vjerujte u Radosnu vijest!« (Mk 1, 15). Kako je već osuđen onaj koji ne vjeruje (usp. Iv 3, 18), to su Kristove riječi ujedno riječi osude i milosti, smrti i života. Jedino ponajprije za osobe, ali i za različita dobra ovoga svijeta, koja u isto vrijeme nose biljeg čovjekova grijeha i Božjeg blagoslova: »Jer su svi sagriješili i lišeni su Božje slave« (Rim 3, 23). Nitko se ne oslobađa grijeha po samome sebi i svojom snagom, niti se uzdiže iznad samoga sebe; nitko se ne rješava posvema svoje nemoći ili samoće ili ropstva.²³ Svima je potreban Krist kao model, učitelj, osloboditelj, spasitelj, kao poživljavatelj; Uistinu, Evanđelje bijaše u ljudskoj povijesti — pa i na vremenitom području — kvasac slobode i napretka, i uvijek se očituje kao kvasac bratstva, jedinstva i mira. Ne slave, dakle, bez razloga vjernici Krista kao »Očekivanje naroda" i njihova Spasitelja.«²⁴

Misijsko djelovanje: ostvarenje povijesti spasenja

9. Tako se vrijeme misijskog djelovanja odvija između prvog i drugog dolaska Gospodinova, kada će se Crkva poput žetve sa četiri strane svijeta prikupiti u kraljevstvo Božje.²⁵ Prije negoli dođe Gospodin, mora se Evanđelje propovijedati svim narodima (usp. Mk 13, 10).

Misijska djelatnost nije ništa drugo i ništa manje nego očitovanje ili epifanija i ispunjavanje Božje odluke u svijetu i njegovoj povijesti u kojoj Bog — po misiji — vidljivo ostvaruje povijest spasenja. Po riječi naviještanja i po svetkovanju sakramenata, kojih je središte i vrhunac presveta euharistija, misijska djelatnost uprisutnjuje Krista, začetnika spasenja. No što se god istine i milosti već nalazilo kod pogana, poput skrivene Božje prisutnosti, ova djelatnost oslobađa od pogubnih utjecaja i vraća njihovu začetniku Kristu, koji satire đavolsku vlast i odbija mnogostruku zlobu opačina. I tako sve dobro što se nalazi zasijano u srcu i umu ljudi ili u posebnim obredima i kulturama naroda, ne samo da ne propada, nego ozdravlja, podiže se i dovršava Bogu na slavu, đavlu na sramotu, a čovjeku na blaženstvo.^{26*}

plenitudinem eschatologicam tendit:⁵³ per eam enim, usque ad mensuram et tempus quae Pater posuit in sua potestate,⁵⁴ dilatatur Populus Dei, cui propheticè dictum est: »Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende! Ne parcas!« (Is. 54, 2),⁵⁵ augetur Corpus mysticum usque ad mensuram aetatis plenitudinis Christi,⁵⁶ templumque spirituale, ubi Deus adoratur in spiritu et veritate,⁵⁷ crescit et supraedificatur »super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu« (Eph. 2,20).

C a p u t II

DE IPSO OPERE MISSIONALI

10. Ecclesia, a Christo missa ad caritatem Dei omnibus hominibus et gentibus manifestandam et communicandam, opus missionale adhuc ingens sibi faciendum intelligit. Vicies enim milies centena milia hominum, quorum numerus in dies augetur, qui stabilibus vitae culturalis nexibus, antiquis religionis traditionibus, firmis socialium nechristifideles, ubicumque vivunt, exemplo vitae et testimonio verbi nuntium evangelicum nondum aut vix audierunt; quorum alii unam ex magnis religionibus sequuntur, alii vero notitiae ipsius Dei extra-nei manent, alii eius existentiam expresse negant, iino quandoque oppugnant. Ecclesia, ut omnibus mysterium salutis vitamque a Deo allatam offerre possit, sese omnibus his coetibus inserere debet eodem motu, quo ipse Christus incarnatione sua se obstrirurft certis socialibus et culturalibus conditionibus hominum cum quibus conversatus est.

Art. 1

DE TESTIMONIO CHRISTIANO

11. Ecclesia his coetibus humanis praesens sit oportet per suos filios, qui inter eos conversantur vel ad eos mittuntur. Omnes enim christifideles, ubicumque vivunt, exemplo vitae et testimonio verbi novum hominem, quem per baptismum induerunt, et virtutem Spi*ritus Sancti, a quo per confirmationem roborati sunt, ita manifestare tenentur, ut ceteri bona eorum opera considerantes glorificent Patrem* et genuinum vitae, humanae sensum et communionis hominum universale vinculum plenius percipiant.

Ut ipsi hoc testimonium Christi fructuose dare possint, cum illiŝ hominibus aestimatione et caritate iungantur, se ut membra coetus

Misijsko djelovanje na taj način teži k eshatološkoj punini;^{*7} po njemu se naime do mjere i vremena što ih je Otac odredio u svojoj vlasti (usp. Dj 1, 7) širi Božji narod, kojemu je proročkom riječju bilo rečeno: »Raširi prostor svog šatora, razastri, ne šteti platna svog prebivališta!« (Iz 54, 2).²⁸ Po njemu raste mistično Tijelo do mjere dobi punine Kristove (usp. Ef 4, 13), raste i nadograđuje se duhovni hram — gdje se Bogu klanja u duhu i istini (usp. Iv 4, 23) — na temelju apostola i proroka, a ugaoni mu 'je kamen sam Isus Krist (Ef 2, 20).

II g l a v a

MISIJSKA DJELATNOST u SEBI

Uvod

10. Crkva koju je Krist poslao da svim ljudima i narodima objavi Božju ljubav i s njima je dijeli, uviđa da joj još predstoji golemo misijsko djelo. Dvije milijarde ljudi — čiji broj danomice raste, koji su okupljeni u velike i jasno obilježene zajednice čvrstim vezama kulturnog života, drevnim vjerskim predajama, jakim sponama socijalnih potreba — nisu još uopće ili su jedva čuli evangeosku poruku. Jedni od njih slijede neku od velikih religija, drugi pak ostaju bez spoznaje samoga Boga, drugi izričito niječu njegovu opstojnost, katkada je štaviše i napadaju. Da bi Crkva mogla svima ovima donijeti misterij spasenja i od Boga darovani život, mora se uklopiti u sve ove skupine potaknuta istim onim motivom radi kojega se samo Krist po svom utjelovljenju svezao s određenim socijalnim i kulturnim stanjem ljudi među kojima je boravio.

Članak 10

KRŠĆANSKOM SVJEDOČENJU

Svjedočanstvo života i dijalog

11. Crkva mora biti prisutna tim skupinama po svojim sinovima koji borave među njima ili su k njima poslani. Svi su naime vjernici, živjeli oni bilo gdje, primjerom života i svjedočanstvom riječi dužni novoga čovjeka, koga su krštenjem obukli, i snagu Duha Svetoga, koji ih je po potvrdi ojačao, tako očitovati da ostali ljudi, proma* trajući njihova dobra djela, slave Oca (usp. Mt 5, 16) i potpunije shvate pravi smisao ljudskoga života i sveopći vez zajednice ljudi.

Da bi oni to svjedočanstvo o Kristu mogli plodonosno dati neka se s poštivanjem i ljubavlju povezuju s tim ljudima, neka se prizna-

hominum inter quos vivunt agnoscant, et in vita culturali et sociali partem habeant per varia humanae vitae commercia et negotia; familiares sint cum eorum traditionibus nationalibus et religiosis; laete et reverenter detegant semina Verbi in eis latentia; simul vero ad transformationem profundam attendant, quae inter gentes fit, et adlaborent ne homines nostrae aetatis scientiae et technologiae mundi moderni nimis intenti a rebus divinis alienentur, quinimmo ut ad impensius desiderium veritatis et caritatis divinitus revelatae expergeant. Sicut ipse Christus cor hominum scrutatus est eosque colloquio vere humano ad lucem divinam perduxit, ita eius discipuli, Spiritu Christi profunde perfusi, cognoscant homines inter quos vivunt, et cum eis conversentur, ut ipsi dialogo sincero et patienti discant, quas divitias Deus munificus Gentibus dispensaverit; simul vero istas divitias luce evangelica collustrare, liberare, et in Dei Salvatoris dominium reducere conentur.

12. Praesentia christifidelium in coetibus humanis illa caritate animetur, qua nos dilexit Deus, qui vult ut et nos nos invicem eadem caritate diligamus.²

Caritas christiana revera ad omnes extenditur sine discrimine stirpis, condicionis socialis seu religionis; nullum exspectat lucrum seu gratitudinem. Sicut enim Deus dilexit nos amore gratuito, ita et fideles caritate sua ipsi homini solliciti sint diligendo eum eodem motu quo Deus hominem quaesivit. Sicut ergo Christus circuibat omnes civitates et castella curans omnem languorem et infirmitatem in signum adventus Regni Dei,³ ita et Ecclesia per filios suos iungitur cum hominibus cuiuscumque condicionis, maxime vero cum pauperibus et afflictis, atque libenter pro eis impenditur.⁴ Participat enim eorum gaudia et dolores, novit vitae adspirationes et aenigmata, eis in adiumentibus mortis compatitur. Pacem quaerentibus respondere cupit fraterno dialogo, afferens eis pacem et lucem ex Evangelio.

Laborent christifideles et cum ceteris omnibus collaborent in rebus oeconomicis et socialibus recte ordinandis. Speciali cura sese devoveant educationi puerorum et adolescentium per scholas diversi generis, quae considerandae sunt non tantum tamquam medium ^yiminu ad formandam et provehendam iuventutem christianam, sed simul ut servitium summi valoris hominibus, maxime vero Nationibus progredientibus, ad elevandam dignitatem humanam et ad condiciones humaniores praeparandas. Insuper partem assumant in conatibus eorum populorum qui, famem, ignorantiam et morbos debellando, meliores vitae condiciones condere et pacem in mundo firmare satagunt. In hac activitate fideles sociam operam suam prudenter prae-

vaju članovima skupina ljudi među kojima žive, i neka sudjeluju u kulturnom i socijalnom životu različitim životnim dodirima i poslovima. Neka se sužive s njihovim narodnim i vjerskim predajama; neka s radošću i poštovanjem Otkrivaju klice Riječi koje se tu kriju. Neka vjernici ujedno budno prate duboku preobrazbu koja se zbiva u tim narodima te uznastoje da se ljudi našega vremena — prezauzeti znanošću i tehnologijom modernoga svijeta — ne bi otuđili božanskim stvarima, nego da se naprotiv u njima probudi jača želja za istinom i ljubavlju objavljenom od Boga. Kao što je sam Krist ispitivao srce ljudi i pravim ih ljudskim razgovorom dovodio do božanskoga svjetla, tako neka i njegovi učenici, duboko prožeti Duhom Kristovim, upoznaju ljude među kojima žive i s kojima saobraćaju, da sami iskrenim i strpljivim dijalogom nauče kakovo je bogatstvo darežljivi Bog udijelio narodima. No neka istovremeno nastoje da to bogatstvo osvijetle evanđeoskim svjedom da ga oslobode i privedu u posjed Boga Spasitelja.

Prisutnost ljubavi

12. Prisutnost vjernika u ljudskim skupovima neka je nadahnuta onom ljubavlju kojom nas je ljubio Bog, koji hoće da se i mi međusobno ljubimo istom ljubavlju (usp. 1 Iv 4, 11). Kršćanska se ljubav, uistinu, proteže na sve, bez obzira na rasu, socijalni položaj ili vjeru; ona ne očekuje nikakav probitak ili zahvalnost. Kao što je Bog ljubio nas nesebičnom ljubavlju, tako i vjernici trebaju svojom ljubavlju biti puni brige za čovjeka samoga, ljubeći ga istim preda* njem kojim je Bog tražio čovjeka. Kao što je, dakle, Krist obilazio sve gradove i sela liječeći svaku slabost i bolest u znak nadolaska Božjeg Kraljevstva (usp. Mt 9, 35 slij.; Dj 10, 38), tako se i Crkva po svojim sinovima združuje s ljudima svakog položaja. Ali najviše sa siromasima i patnicima i za njih se rado zalaže (usp. 2 Kor 12, 15). S njim dijeli radosti i žalosti, poznaje njihove životne težnje i neizvjesnosti, s njima trpi u smrtnoj stisci. Onima koji traže mir nastoji odgovoriti bratskim dijalogom — donoseći im iz Evanđelja mir i svjetlo.

Neka vjernici rade i neka sa svima ostalima surađuju kako bi se pravo uredilo ekonomsko i socijalno stanje. Posebnu brigu neka posvete odgoju, djece i mladeži u raznovrsnim školama. Te škole treba smatrati ne samo izvrsnim sredstvom za odgoj i napredak kršćanske mladeži nego i prevažnom službom ljudima, osobito narodima u razvoju da se podigne ljudsko dostojanstvo i da se pripreme humaniji uvjeti života. Osini toga neka surađuju u nastojanjima onih naroda koji se bore protiv gladi, neznanja i bolesti i na taj način nastoje poboljšati životne uvjete te učvršćivati mir u svijetu. U toj djelatnosti neka vjernici spremno na razborit način surađuju u pot-

stare exoptent inceptis quae ab Institutis privatis et publicis, a guberniis, ab organis internationalibus, a diversis communitatibus christianis necnon a religionibus non-christianis promoventur.

Ecclesia vero nullo modo vult se in moderamen terrenae civitatis ingerere. Nullam aliam auctoritatem sibi vindicat nisi ut, Deo adiuvente, caritate et fidei servitio hominibus ministret.⁵

In sua vita et operatione intime cum hominibus coniuncti, Christi discipuli eis verum testimonium Christi se oblaturus, et in eorum salutem se operaturos sperant, etiam ubi Christum plene annuntiare nequeunt. Non enim quaerunt progressum et prosperitatem mere materiale hominum, sed eorum dignitatem et fraternam unionem promovent, docentes veritates religiosas et morales, quas Christus luce sua illustravit, sicque gradatim aditum pleniorem ad Deum aperiunt. Ita homines iuvantur in assequenda salute per caritatem erga Deum et proximum, et elucere incipit mysterium Christi, in quo novus homo apparuit, qui secundum Deum creatus est,⁶ et in quo caritas Dei revelatur.

♦. Art. 2

DE PRAEDICATIONE EVANGELII ET
DE CONGREGANDO POPULO **DEI**

13. Ubiqumque Deus aperit ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi,⁷ omnibus hominibus⁸ fiducialiter et constanter⁸ annuntietur Deus vivus et, quem ad omnium salutem misit, **Iesus** Christus,¹¹ ut non-christiani, Spiritu Sancto cor ipsorum⁸ aperiente,⁸ credentes ad Dominum libere convertantur, Eique sincere adhaereant qui, cum sit »via, veritas et vita« (Io. 14, 6), omnes eorum expectationes spirituales explet, imo infinite superat.

Quae conversio sane initialis intelligenda est, sufficiens tamen ut homo percipiat se, avulsum a peccato, intradud in mysterium amoris Dei, qui eum vocat ad personale commercium cum Seipso in Christo ineundum. Etenim, gratia Dei operante, neoconversus, spirituale iter¹ aggreditur quo, fide iam communicans¹ mysterium Mortis¹ et Resurrectionis, transit a vetere homine ad novum hominem in Christo perfectum.¹ Hic transitus, secum trahens progressivam sensus et moram immutationem, cum suis socialibus consecrariis manifestus fieri et tempore catechumenatus paulatim evolvi debet. Cum Dominus cui

hvatima koje promiču privatne i javne ustanove, vlasti, međunarodna tijela i različite kršćanske zajednice kao i nekršćanske religije.

No Crkva se nipošto ne želi uplitati u upravu zemaljske države. Ne traži nikakav drugi auktoritet osim da uz pomoć Božju služi ljudima ljubavlju i vjernim pomaganjem (usp. Mt 20, 26; 23, li).²¹

Kristovi se učenici, najuže svojim životom i radom povezani s ljudima, nadaju da će im pružiti pravo jsvjedočanstvo o Kristu te da će raditi za njihovo spasenje također ondje gdje ne mogu Krista potpuno naviještati. Ne traže naime samo puki materijalni napredak i blagostanje ljudi, nego unapređuju njihovo dostojanstvo i bratstvo jedinstvo učeći ih vjerskim i čudorednim istinama, koje je Krist rasvijetlio svojom svjetlošću i tako im postepeno otvaraju puniji pristup k Bogu. Tako ujedno pomažu ljudima da postignu spasenje po ljubavi prema Bogu i bližnjemu, i Kristov misterij počinje sjati, u kojem se pojavio novi čovjek, koji je stvoren na sliku Boga (usp. Ef 4, 24) i u kojemu se objavljuje Božja ljubav.

Članak 2

NAVIJEŠTANJE EVANĐELJA I SKUPLJANJE B02JEG NARODA

Evangelizacija i obraćenje

13. Gdje god Bog otvori vrata riječi navjestiteljici Kristova misterija (usp. Kol 4, 3), neka se svim ljudima (usp. Mk 16, 15) s pouzdanjem i ustrajno (usp. Dj 4, 13, 29, 31; 9, 27, 28; 13, 46; 14, 3; 19, 8; 26, 28, 31; 1 Sol 2, 2; Kor 3, 12; 7, 4; Fil 1, 20; Ef 3, 12; 6, 19, 20) propovijeda (usp. 1 Kor 9, 15; Rim 10, 14) Bog živi i Isus Krist, kojega je poslao na spas svima (usp. 1 Sol 1, 9-10; 1 Kor 1, 18-21; Gal 1, 31; Dj 14, 15-17; 17, 22-31), da se nekršćani, kojima Duh Sveti otvara srca (usp. Dj 16, 14), uzvjerovavši slobodno obrate Gospodinu te iskreno prionu uz njega koji ispunja njihova duhovna iščekivanja, čak ih neizmjerne natkriljuje, jer je on »put, istina i život« (Iv 14, 6).

Istina, ovo se obraćanje mora razumjeti kao početak, ali ipak kao dovoljno da čovjek uvidi kako se otkinut od grijeha uvodi u misterij ljubavi Boga koji ga zove da u Kristu stupi s njim u osobni odnos. Djelovanjem Božje milosti polazi naime novoobraćenik na duhovni put gdje, povezan već po vjeri s misterijem Smrti i Uskrsnuća, prelazi iz staroga čovjeka u novoga čovjeka dovršena u Kristu (usp. Kol 3, 5-10; Ef 4, 20-24). Taj prijelaz, koji sa sobom povlači sve veću promjenu mišljenja i vladanja, mora se pokazati u svojim društvenim posljedicama i pomalo se razvijati u vrijeme katekumenata.

creditur, signum sit contradictionis,¹⁴ homo conversus rupturas et separationes non raro experitur, sed etiam gaudia quae non ad mensuram dat Deus.¹⁶

Ecclesia severe prohibet ne quis ad fidem amplectendam cogatur vel artibus importunis inducatur aut alliciatur, sicut et fortiter vindicat ius ne ullus iniquis vexationibus a fide deterreatur.¹⁶

Iuxta perantiquam Ecclesiae consuetudinem, motiva conversionis investigentur et, si necesse est, purificentur.

14. Qui fidem in Christum a Deo per Ecclesiam acceperunt,¹⁷ liturgicis caeremoniis admittantur ad catechumenatum; qui non est mera dogmatum praeceptorumque expositio, sed totius vitae christianae institutio et tirocinium debite protractum, quibus discipuli cum Christo suo Magistro coniunguntur. Catechumeni ergo apte inicientur mysterio salutis et exercitio morum evangelicorum sacrisque ritibus, successivis temporibus celebrandis,¹⁸ introducantur in vitam fidei, liturgiae et caritatis Populi Dei.

Deinde per initiationis christianae sacramenta liberati a potestate tenebrarum,¹⁹ Christo commortui, consepulti et conresuscitati,²⁰ Spiritum accipiunt²¹ adoptionis filiorum, et memoriale mortis et resurrectionis Domini cum cuncto Populo Dei celebrant.

Desiderandum est ut liturgia temporis quadragesimalis et paschalis ita restauretur ut animos catechumenorum componat ad celebrationem paschalis mysterii in cuius sollempnibus peragendis per baptismum Christo regenerantur.

Initiatio autem illa christiana in catechumenatu non a solis catechistis vel sacerdotibus, sed a tota communitate fidelium, speciali autem modo a patrinis, est procuranda, ita ut catechumeni inde ab initio sentiant se pertinere ad Populum Dei. Cumque vita Ecclesiae sit apostolica, catechumeni item discant testimonio vitae et fidei professione ad evangelizationem. et Ecclesiae aedificationem actuose cooperari.

Status tandem iuridicus catechumenorum in novo Codice clare ponatur. Iam enim cum Ecclesia coniuncti sunt,²² iam de domo sunt Christi²⁸ et non raro iam vitam agunt fidei, spei et caritatis.

Budući da Gospodin kojemu se vjeruje jest znak protivljenja (usp. Lk 2, 34; Mk 10, 34-39), obraćenik nerijetko doživljava kidanja i rastanke, ali i radosti kojima Bog ne štedi (1 Sol 1, 6).

Crkva strogo zabranjuje siliti nekoga ili ga neumjesnim spletkama navoditi ili privlačiti da prigrlji vjeru, kao što također štiti pravo da nitko ne odvrća od vjere nepravедnim zlostavljanjem.⁸⁰

Neka se prema drevnom crkvenom običaju motivi obraćenja istražuju, a po potrebi i pročišćuju.

Katekumenat i kršćanska inicijacija

14. Oni koji su primili od Boga po Crkvi vjeru u Krista³¹ neka se liturgijskim obredima pripuste katekumenatu. On se ne sastoji samo od pukog izlaganja dogmi i zapovijedi, nego je razdoblje inicijacije i dovoljno duga priprava za sav kršćanski život kojom se učenici združuju sa svojim. Učiteljem Kristom. Neka se dakle katekumeni na zgodan način upute u misterij spasenja i vježbanje u evanđeoskom načinu žrvota, i neka se svetim obredima — koji se imaju postupno obaviti** — uvedu u život vjere, liturgije i ljubavi naroda Božjega.

Zatim, oslobođeni od vlasti tame (usp. Kol 1, 13)⁸⁸ sakramentima kršćanske inicijacije i s Kristom su-umrli, su-pokopani, i su-uskrsnuli (usp. Rim 6, 4-11; Kol 2, 12-13; 1 Pt 3, 21-22; Mk 16, 16), primaju Duha (usp. 1 Sol 3, 5-7; Dj 8, 14-17) posinjenja te s cjelokupnim narodom Božjim slave spomen-čin smrti i uskrsnuća Gospodinova.

Valja željeti da se korizmena i uskrсна liturgija tako obnovi da katekumene potiče na svetkovanje pashalnog misterija u čijem se proslavljanju krstom preporučaju Kristu.

Za tu će se kršćansku inicijaciju katekumena brinuti ne samo katehisti i svećenici, nego čitava zajednica vjernika, a osobito kumovi, tako da katekumeni već od samoga početka osjećaju da pripadaju Božjem narodu. A jer je život Crkve apostolski, neka katekumeni uče također svjedočanstvom života i ispovijedanjem vjere zauzeto surađivati u propovijedanju evanđelja i izgradnji Crkve.

Neka se, napokon u novom crkvenom zakoniku jasno istakne pravno stanje katekumena. Oni su naime već povezani s Crkvom,⁸⁴ već su ukućani Kristovi,⁸⁵ a nerijetko provode-već život vjere, ufanja i ljubavi.'

DE COMMUNITATE CHRISTIANA EFFORMANDA

15. Spiritus Sanctus, qui omnes homines per semina Verbi praecationemque Evangelii ad Christum vocat et in cordibus obsequium fidei suscitatur, cum credentes in Christum in baptismalis fontis sinu ad novam vitam generat, eos congregat in unum Populum Dei qui est »genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis« (1 Pt. 2, 9).«

Missionarii ergo, cooperatores Dei,²⁵ tales suscitent fidelium congregationes quae, digne ambulantes vocatione qua vocatae sunt²⁶ munera a Deo sibi concredita exerceant sacerdotale, propheticum et regale. Hoc modo communitas christiana signum fit praesentiae Dei in mundo: ipsa enim sacrificio eucharistico incessanter cum Christo ad Patrem transit,²⁷ verbo Dei sedulo enutrita²⁸ testimonium Christi praebet,²⁹ in caritate denique ambulat spirituque apostolico fervet.^o Communitas christiana inde ab initio ita efformari debet ut suis necessitatibus, quantum fieri potest, ipsa providere queat.

. ,Haec fidelium congregatio, divitiis culturae propriae gentis praedita, in populo profunde radicetur: efflorescant familiae spiritu evangelico imbutae⁸¹ atque scholis idoneis iuventur; associationes et coetus erigantur per quos laicorum apostolatus totam societatem spiritu evangelico penneare valeat. Splendescat denique caritas inter catholicos diversi ritus.⁸² Spiritus etiam oecumenicus nutriatur inter neophytos, qui probe aestiment fratres in Christum credentes esse Christi discipulos, baptisate regeneratos, per plurimum bonorum Populi Dei consortes. Quantum sinunt condidones religiosae, actio oecumenica ita promoveatur ut, sedusa omni tam indifferentismi et confusionismi quam insanae aemulationis specie, communi, pro quanto datur, professione fidei in Deum et in Iesum Christum coram Gentibus, atque cooperatione in re tam sociali et technica quam culturali et religiosa, catholici fraterne collaborent cum fratribus a se seiunctis ad formas Decreti de Oecumenismo. Collaborent praesertim propter Christum, suum Dominum communem: Eius Nomen eos colligat! Haec collaboratio instituatur non solum inter privatas personas, sed etiam, de iudicio Ordinarii loci, inter Ecclesias vel communitates ecclesiales earumque opera.

Christifideles ex Gentibus cunctis in Ecclesia congregati, »neque regimine, neque sermone, neque politicis vitae institutis a ceteris hominibus sunt distincti«,** ideoque in honesta consuetudine vitae gentis suae Deo et Christo vivant; ut boni cives amorem Patriae vere

KRŠĆANSKE ZAJEDNICE

Krićanska zajednica

15. Duh Sveti, koji sisanjem Riječi i propovijedanjem Evanđelja pozivlje Kristu sve ljude i budi u srcima privrženost vjeri, dok one koji vjeruju u Krista rada na nov život, u kupelji krsnog vrela on ih sakuplja u jedan Božji narod, koji je »izabrani rod, kraljevsko svećenstvo, sveti puk, narod određen za Božju svojinu« (1Pt, 2, 9).³⁸

Neka dakle misionari kao Božji suradnici (usp. 1 Kor 3, 9) podižu takove zajednice vjernika koje će, živeći dostojno poziva kojim su pozvane (usp. Ef 4, 1), izvršavati svećeničku, proročku i kraljevsku od Boga im povjerenu službu. Na taj način postaje kršćanska zajednica znakom Božje prisutnosti u svijetu: ona naime euharistijskom žrtvom neprestano prelazi s Kristom. k Ocu³⁷ skrbno hranjena riječju Božjom³⁸ ona pruža svjedočanstvo za Krista,³⁸ napokon, kroči u ljubavi i plamti apostolskim duhom.⁴⁰

Kršćanska se zajednica mora već od početka taka izgraditi da sama može,; koliko je to moguće, previdjeti za svoje potrebe.

Neka se ta zajednica vjernika --- otvorena bogatstvu kulture vlastitog naroda — duboko ukorijeni u narodu; neka procvjeta ju obitelji nadahnute evanđeoskim duhom,⁴¹ i neka im budu na pomoć prikladne škole; neka se podižu društva i grupe preko kojih će laički apostolat moći prožimati evanđeoskim duhom čitavo društvo. Končno, neka sja ljubav među katolicima različitih obreda.⁴²

Treba također gajiti ekumenski duh među novokrštenima, kako bi ispravno sudili da su braća koja vjeruju u Krista Kristovi učenici, preporođeni krstom i dionici premhogih dobara Božjeg naroda. Koliko dopuštaju vjerske prilike, neka se ekumenska akcija tako promiče da, isključivši svaki oblik indiferentizma i konfuzionizma kao i nezdravog rivalstva, katolici bratski surađuju s rastavljenom braćom prema normama Dekreta o ekumenizmu zajedničkim,; ukoliko ga ima* isповijedanjem vjere u Boga i u Isusa Krista pred poganima i sudjelovanjem na. socijalnom i tehničkom kao i na kulturnom i vjerskom polju. Neka surađuju navlastito radi Krista svoga zajedničkog Gospodina. Njegovo Ime neka ih okuplja! Neka se ova suradnja uspostavi ne samo među privatnim osobama nego ~, prema ocjeni mjesnog ordinarija— također među, Crkvama ili crkvenim: zajednicama i njihovim pothvatima.

Vjernike, skupljene u Crkvu iz svih naroda, »ne dijeli od ostalih ljudi nj. posebna vlada ni posebni govor ni političko uređenje«.⁴⁸ Stoga neka žive Bogu i Kristu prema čestitim običajima svoga naroda; kao dobri, građani neka istinski i djelotvorno gaje ljubav prema do*,

et efficaciter colant, alienae tamen stirpis contemptum et nationalismum exacerbatum vitent omnino, amorem hominum universalem promoveant.

Ad omnia haec obtinenda maximum momentum habent et speciali cura digni sunt laici, christifideles nempe qui, Christo per baptismum incorporati, in saeculo vivunt. Ipsorum enim proprium est, ut Spiritu Ghristi imbuti, fermenti instar, res temporales ab intra animent et ordinent, ut secundum Christum iugiter fiant.**

Attamen non sufficit ut populus christianus praesens sit et constitutus in aliqua gente, nec sufficit ut apostolatam exempli exerceat; ad hoc constituitur, ad hoc praesens est, ut concivibus non-christianis Christum verbo et opere annuntiet eosque iuvet ad plenam Christi receptionem.

Iamvero, ad Ecclesiae plantationem et ad incrementum communitatis christianae necessaria sunt varia ministeria, quae vocatione divina ex ipsa fidelium congregatione susdta, ab omnibus diligenti cura sunt fovenda atque colenda; inter quae habentur munera sacerdotum, diaconorum et catechistarum, atque actio catholica. Item Religiosi et Religiosae ad Regnum Christi in animis radicandum et corroborandum illudque ulterius dilatandum sive oratione, sive actuosa opera indispensabile praestant officium.

16. Gaudio magno Ecclesia gratias agit pro inaestimabili vocationis sacerdotalis dono, quod inter Gentes ad Christum recenter conversas tot iuvenibus Deus elargitus est. Firmiores enim radices Ecclesia in unoquoque coetu humano figit, cum variae communitates fidelium ex suis membris proprios habent salutis ministros in ordine Episcoporum, Presbvtorum ac Diaconorum, fratribus suis inservientes, ita ut novellae Ecclesiae structuram dioecesanam cum proprio clero paulatim acquirant.

Quae de sacerdotali vocatione et formatione ab hoc Concilio statuta sunt, sancte serventur ubi Ecclesia primo plantatur, et apud novellas Ecclesias. Maximi faciendae sunt quae dicuntur de institutione spiritali cum doctrinali et pastoralis arcte connectenda, de vita secundum formam Evangelii gerenda sine consideratione commodi proprii vel familiaris, de intimo sensu mysterii Ecclesiae excolendo. Inde mirabiliter discent totos se ipsos inservitium Corporis Christi et ad opus Evangelii dedicare, proprio episcopo tanquam fidi cooperatores adhaerere et sociam confratribus operam praestare.*⁵

Ad quem generalem finem assequendum, tota alumnorum formatio ordinetur sub luce mysterii salutis uti in Scripturis exhibetur. Hoc mysterium Christi et salutis huraanae in Liturgia praesens inveniunt et vivunt.³⁶

movini, no neka se ipak posvema klone prezira tuđeg naroda i ogorčenog nacionalizma, pa neka promiču opću ljubav među ljudima.

Da se sve to postigne najveće značenje imaju i posebne su brige vrijedni laici, dakle vjernici koji, po krstu Kristu pritjelovljeni, žive u svijetu. Na njih naime posebno spada da prožeti Kristovim duhom poput kvasca iznutra oživljuju i sređuju vremenite poslove da budu sve više u Kristovu duhu.⁴⁴

Nije ipak dosta da kršćanski puk bude prisutan i oblikovan u nekom narodu, niti je dovoljno da djeluje apostolski samo primjerom; oblikovan je radi toga i radi toga je prisutan da nekrštenim sugrađanima naviješta Krista riječju i djelom i da im pomaže da potpuno Krista prihvate.

Da bi se zasadila Crkva i da bi rasla kršćanska zajednica potrebne su različite službe, koje izvedene iz same zajednice vjernika Božjim pozivom, treba da svi brižno podupiru i njeguju. U njih spadaju službe svećenika, đakona i katehista, i Katolička akcija. Isto tako neizostavnu zadaću ispunjuju redovnici i redovnice, bilo molitvom bilo revnim radom, da se Kristovo kraljevstvo u dušama ukorijeni i ojača i dalje širi.

Domaći kler

16. S velikom radošću zahvaljuje Crkva za neprocenjivi dar svećeničkog zvanja što ga je Bog udijelio tolikim mladićima među narodima koji su se nedavno obratili Kristu. U svakom naime ljudskom društvu Crkva pušta dublje korijenje kada različite zajednice vjernika imaju vlastite službenike spasa u redu biskupa, prezbitera i đakona neke između svojih članova. Oni služe svojoj braći tako da nove Crkve pomalo steknu dijecezansko uređenje s vlastitim klerom.

Što je ovaj Koncil odredio u pogledu svećeničkog zvanja i obrazovanja neka se sveto obdržava i tamo gdje se Crkva tek zasađuje i kod mladih Crkava. Vrlo ozbiljno treba uzeti što se kaže o duhovnom odgoju, koji valja usko, povezati s doktrmalnim i pastoralnim, o životu koji valja provoditi po Evandjelju, bez obzira na vlastite ili obiteljske prohibitke, o gajenju intimnog smisla za misterij Crkve. Odatle će divno učiti da se posve predadu u službu Tijela Kristova i djelu Evandjelja, da prianjaju uz svog biskupa kao vjerni suradnici i surađuju sa subraćom.^{45*}

Da se ta opća svrha postigne, neka se sav odgoj pitomaca uredi u svjetlu misterija spasenja kako ga iznosi Sveto pismo. Neka taj misterij Krista i ljudskog spasenja otkrivajući proživljavaju prisutna u liturgiji.⁴⁸

Quae exigentiae communes sacerdotalis institutionis, etiam pastoralis et practicae, ad normam Concilii,³⁷ componantur cum studio obviam eundi peculiari cogitandi agendique modo propriae gentis. Alumnorum mentes ergo aperiantur et exacuuntur ut bene cognoscant et iudicare valeant suae gentis culturam; in disciplinis philosophicis et theologicis perspiciant rationes quae traditiones ac religionem patrias inter et religionem christianam intercedunt.³⁸ Item institutio sacerdotalis necessitates pastorales regionis respiciat: alumni discant historiam, finem et methodum actionis missionalis Ecclesiae, et speciales condiciones sociales, oeconomicas, culturales proprii populi. In spiritu oecumenismi educantur, et ad dialogum fraternum cum non-christianis rite praeparantur.⁸⁸ Haec omnia postulant, ut studia ad sacerdotium peragantur, quantum fieri potest, in consuetudine et convictu cum sua cuiusque gente.⁴⁰ Cura tandem habeatur de formatione iri administratione ordinata ecclesiastica, imo etiam oeconomica.

Insuper idonei sacerdotes seligantur qui, post praxim aliquam pastorem, in studiorum Universitatibus etiam exteris, maxime in Urbe, aliisque Institutis scientificis studia superiora perficiant, ita ut Ecclesiis novellis ex clero locali praesto sint ad magis ardua munera ecclesiastica implenda, congrua scientia et peritia praediti.

Ubi Conferentiis Episcoporum opportunum apparuerit, ordo diaconatus ut status vitae permanens restauretur ad normam Constitutionis De Ecclesia.⁴¹ Iuvat enim viros, qui ministerio vere diaconali fungantur, vel verbum divinum tanquam catechistae praedicantes, vel nomine pafochi et episcopi dissitas communitates christianas moderantes, vel caritatem exercentes in operibus socialibus seu caritativis, pef impositionem manuum inde ab Apostolis traditam corroborari et altari arctius coniungi, ut ministerium suum per gratiam sacramentalem diaconatus efficacius expleant.

17. Item laude dignum est agmen illud, de opere missionum ad Gehtes tam optime meritum, catechistarum scilicet, tam virorum quam mulierum, qui spiritu apostolico imbuti, magnis laboribus singulare et omnino necessarium adiumentum conferunt ad dilatationem fidei et Ecclesiae. ; .i

Nostris diebus, cum ad tot multitudines evangelizandas et ad ministerium pastorale exercendum pauci sint clerici, catechistarum officium maximum momentum habet. Eorum ergo institutio ita perfici debet et culturali progressui accommodari, ut tanquam validi cooperatores ordinis sacerdotalis quam optime exsequi possint munus suum novis et amplioribus oneribus ingravescens.

Multiplicentur ergo scholae dioecesanae et regionales in quibus futuri catechistae cum doctrinam catholicam, praesertim in re biblica et liturgica, tum etiam methodum catecheticae praximque pastorem

Neka se ovi opći zahtjevi svećeničke naobrazbe pa i oni pastoralni i praktični, prema normama Koncila,⁴⁷ usklade s nastojanjem da se pode u susret posebnom načinu mišljenja i djelovanja vlastitog naroda. Neka se, dakle, pitomcima otvori i izoštri duh da dobro upoznaju i uzmognu prosuđivati kulturu svoga naroda. U filozofskim i teološkim strukama neka uoče veze koje postoje između tradicija i religije svoje domovine i kršćanske religije.⁴⁸ Svećenički odgoj neka se obazire i na pastoralne potrebe kraja; neka gojenci uče povijest, svrhu i način misijskog rada Crkve, zatim osobite socijalne, ekonomske i kulturne prilike vlastitog naroda. Neka se uzgajaju u duhu ekumenizma i valjano pripremaju na bratski dijalog s nekršćanima.⁴⁹ Sve to iziskuje da se studij za svećeništvo, koliko je moguće, obavlja u življavanju sa svojim vlastitim narodom.⁵⁰ Neka se, napokon, vodi briga o izobrazbi u sređenoj crkvenoj upravi, pače i ekonomskoj.

Neka se osim toga odaberu sposobni svećenici da, nakon stanovite dušobrižničke prakse, svrše više studije na sveučilištima, također na mozemnim, u prvom redu u Rimu, i na drugim znanstvenim ustanovama. Tako da nove Crkve imaju svećenike iz domaćeg klera, koji raspolažu primjernim znanjem i vještinom da vrše teže crkvene službe.

Gdje se biskupskim konferencijama bude činilo zgodnim, neka se obnovi red đakonata kao trajan životni stalež prema normi konstitucije »O Crkvi«.⁵¹ Dobro je, naime, da se muževi, koji vrše službu doista đakonsku bilo tako da kao katehisti naviještaju riječ Božju, bilo upravljajući u ime župnika ili biskupa raspršenim kršćanskim zajednicama, bilo da iskazuju ljubav u socijalnim i karitativnim djelima, polaganjem ruku, što je bila već apostolska tradicija, ojačaju i uže povezu s oltarom da po sakramentalnoj milosti đakonata uspješnije ispune svoju službu.

Katehisti-

17. Isto je tako vrijedna pohvale ona za misijsko djelovanje među poganima tako jako zaslužna četa katehista, muževa i žena koji, prožeti apostolskim duhom, uz velike napore doprinose izvanrednu i u svakom pogledu potrebnu pomoć za širenje vjere i Crkve.

Katehistička služba je od najveće važnosti u naše dane kada ima malo klerika koji bi naviještali evanđelje tolikom mnoštvu i obavljali pastoralnu službu. Stoga se njihova izobrazba mora tako usavršiti i prilagoditi kulturnom napretku da kao valjani suradnici svećeničkog reda uzmognu što bolje vršiti svoju službu, koja je uslijed novih i većih tereta sve teža.

Neka se dakle umnogostručje dijecezanske i pokrajinske škole, u kojima će budući katehisti upoznavati katoličku nauku ~ osobito na biblijskom i liturgijskom području — a također i katehetsku me-

excolant, seque ad mores hominum christianorum⁴² forment, pietatem sanctitatemque vitae colere indesinenter satagentes. Insuper conventus vel. cursus habeantur quibus catechistae in disciplinis et artibus suo ministerio utilibus certis temporibus renoventur et eorum vita spiritualis nutriatur et roboretur. Praeterea, iis qui totos huc operi se devovent, status vitae decens et securitas socialis procuretur per iustam remunerationem.⁴⁸ In voto est ut formationi et sustentationi catechistarum modo congruo provideatur subsidiis S. Dicasterii de Propaganda Fide specialibus. Si necessarium et aptum apparebit, Opus pro Catechistis fundetur. Insuper Ecclesiae grato animo agnoscent generosam operam catechistarum auxiliarium, quorum adiutorio indigebunt. Ipsi in suis communitatibus precibus praesunt et doctrinam tradunt. De eorum formatione doctrinali et spirituali rite curandum est. Praeterea optandum est ut, ubi opportunum videbitur, catechistis debite formati missio canonica in actione liturgica publice celebranda conferatur, ut apud populum maiore auctoritate fidei deserviant.

18. Inde a periodo plantationis Ecclesiae vita religiosa sedulo promoveatur, quae non solum pretiosa omninoque necessaria auxilia activitati missionali affert, sed per intimiorem consecrationem Deo in Ecclesia factam lucide quoque manifestat et significat intimam vocationis christianae naturam.^{4*}

Instituta religiosa, plantationi Ecclesiae adlaborantia, mysticis divitiis, quibus traditio religiosa Ecclesiae insignitur, penitus imbuta, eas pro cuiusque gentis ingenio et indole exprimere et tradere conentur. Attente considerent quomodo traditiones asceticae et contemplativae, quarum semina iam ante Evangelii praedicationem nonnunquam antiquis culturis a Deo indita sunt, in vitam religiosam christianam assumi possint.

In novellis Ecclesiis variae formae vitae religiosae excolendae sunt, ut diversos aspectus missionis Christi et vitae Ecclesiae exhibeant, ac variis operibus pastoralibus se devoveant, suaque membra ad ea exercenda rite praeparent. Attamen Episcopi in Conferentia videant ne Congregationes eundem finem apostolicum prosequentes, multiplicentur cum detrimento vitae religiosae et apostolatus.

Speciali mentione digna sunt varia ad vitam contemplativam iradicandam incepta quibus alii, essentialia Institutionis monasticae elementa retinentes, ditissimam traditionem sui Ordinis implantare satagunt, alii vero ad antiqui monachismi simpliciores formas redeunt: omnes tamen genuinam aptationem ad condiciones locales quaerere studeant. Cum enim vita contemplativa ad plenitudinem praesentiae Ecclesiae pertineat, oportet apud novellas Ecclesias ubique instauretur.

todu i pastoralnu praksu, i formirati se u ćudoređu kršćanskog čovjeka,⁵² trudeći se neprestano da vode svet i pobožan život. Neka se osim toga održavaju sastanci i tečajevi, na kojima će katehisti u određeno vrijeme obnoviti znanje i vještine korisne za njihovu službu, i gdje će se hraniti i jačati njihov duhovni život. Neka se povrh toga pravednom plaćom dadne doličan životni položaj i socijalno osiguranje onima koji se posve posvećuju tom radu.⁵⁸

Poželjno bi bilo da se za obrazovanje i udruživanje katehista providi na zgodan način posebnom pomoći Sv. kongregacije za širenje vjere. Bude li se činilo nužno i prikladno, neka se osnuje Djelo za katehiste.

Neka Crkve osim toga zahvalna srca priznaju plemeniti rad pomoćnih katehista, kojih im pomoć bude potrebna. Oni u svojim zajednicama predvode molitve i poučavaju nauku. Treba se pravo brinuti za doktrinalnu njihovu i duhovnu izobrazbu. Poželjno je k tome, gdje se bude činilo zgodnim, da se kvalificiranim katehistima kanonska misija podijeli liturgijskim svetkovanjem koje treba obaviti javno. Tako će služiti vjeri većim autoritetom pred narodom.

Promicanje redovničkog života

18. Neka se već od razdoblja zasađen ja Crkve revno promiče redovnički život, koji misijskom radu donosi ne samo dragocjenu i svakako potrebnu pomoć, nego, po prisnijoj u Crkvi učinjenoj posveti Bogu, jasno očituje i označuje intimnu narav kršćanskog poziva.⁵⁴

Redovničke zajednice, koje surađuju kod zasađivanja Crkve, posvema prožete mističnim bogatstvima kojima se odlikuje redovnička predaja Crkve, neka nastoje da ta bogatstva pokažu i predaju prema naravi i sposobnosti svakog pojedinog naroda. Neka pažljivo razmotre kako bi se u kršćanski redovnički život mogle preuzeti asketske i kontemplativne predaje, kojih je klice Bog gdjekada usadio u drevne kulture već prije propovijedanja Evanđelja.

Neka se u mladim Crkvama gaje raznovrsni vjerski oblici, da bi pružali različite vidove Kristova poslanja i života Crkve te da bi se mogle posvetiti različitim pastoralnim djelima i dolično pripremiti svoje članove da ih vrše. No neka se biskupi ha svojim konferencijama brinu da ne bi, na štetu redovničkog života i apostolata, nastajale mnoge kongregacije koje idu za istom apostolskom svrhom.

^Napose valja istaknuti različite pokušaje da se ukorijeni kontemplativni život. Od tih jedni, zadržavajući bitne elemente monastičke ustanove, nastoje usaditi vrlo bogatu tradiciju svog reda, a drugi se vraćaju na jednostavnije oblike staroga monaštva; svi međutim neka nastoje ostvariti pravo prilagođenje mjesnim prilikama. Budući da kontemplativni život pripada punini prisutnosti Crkve, valja ga uspostaviti posvuda u novim Crkvama.

Caput III

DE ECCLESIIS PARTICULARIBUS

19. Opus plantationis Ecclesiae in determinato hominum coetu certam attingit metam, cum congregatio fidelium, in sociali vita iam radicata culturaeque loci aliquatenus conformata, quadam stabilitate et firmitate fruitur: propria nempe, etsi insufficienti, instructa copia localium sacerdotum, religiosorum et laicorum, iis ministeriis et institutis ditatur quae ad vitam populi Dei sub duetu Episcopi proprii ducendam ac dilatandam necessaria sunt.

In huiusmodi Ecclesiis novellis, vita Populi Dei maturescere debet per omnes campos vitae christianae ad normas huius Concilii renovandae: congregationes fidelium, magis in dies conscie, vivae efficiuntur communitates fidei, liturgiae et caritatis; laici per civilem et apostolicam operositatem ordinem caritatis et iustitiae in civitate instaurare nituntur; instrumenta communicationis socialis opportune et prudenter adhibentur; familiae per vitam vere christianam seminaria evadunt apostolatus laicorum necnon vocationum sacerdotalium et religiosarum. Fides denique per catechesim aptatam edocetur, in Liturgia ingenio populi consona celebratur, et per legislationem canonicam congruam inducitur in honesta instituta et consuetudines locales.

Episcopi vero, una cum suo quisque presbyterio, sensu Christi et Ecclesiae magis magisque imbuti, cum universali Ecclesia sentiant atque vivant. Intima permaneat ecclesiarum novellarum communio cum tota Ecclesia, cuius traditionis elementa culturae propriae adiungendae ad augendam, inutuo quodam virium effluvio, vitam Corporis Mystici.¹ Hinc colantur elementa theologica, psychologica et humana quae ad hunc sensum communionis cum Ecclesia universali fovendum afferre valeant.

Hae vero Ecclesiae, saepissime in pauperioribus orbis partibus sitae, gravissima plerumque sacerdotum penuria et subsidiorum materialium inopia adhuc laborant. Quare summopere indigent ut continuata totius Ecclesiae actio missionalis ea subministret adminicula quae Ecclesiae locis incremento vitaeque christianae maturitati praerimisi inserviant. Quae actio missionalis praesens etiam ferat iis Ecclesiis, diu fundatis, quae in aucto statu missionis videntur deesse.²

Attamen istae Ecclesiae commune pastoraie studium aptaque opera iristaurant, quibus vocationes ad clerum dioecesanum et ad Instituta religiosa numero augeantur, securius diiudicentur et efficacius excolantur,² ita ut paulatim sibimetipsis providere et aliis auxilium afferre valeant.

O PARTIKULARNIM CRKVAMA

MLADE CRKVE

19. Djelo zasađivanja Crkve u određenoj skupini ljudi postizava stanoviti cilj kad je zajednica vjernika već uhvatila korijen u socijalnom životu i prilagodila se donekle kulturi kraja pa ima neku stabilnost i čvrstoću. To znači da zajednica ima domaće svećenike — pa makar i nedostatan broj — redovnike i laike; posjeduje one službe i ustanove koje su nužne za život i rast Božjeg naroda pod vodstvom vlastitog biskupa.

U takvim novim Crkvama mora sazrijevati život Božjeg naroda u svim područjima kršćanskog življenja, koje treba obnoviti prema smjericama ovoga koncila. Skupine vjernika iz dana u dan sve svjesnije postaju življe zajednice vjere, liturgije i ljubavi; laici nastoje da građanskim i apostolskim djelovanjem obnove red ljubavi i pravde u društvu; prikladno i razborito se upotrebljavaju sredstva društvenog komuniciranja. Obitelji doista kršćanskim životom postaju rasadištima laičkog apostolata i svećeničkih i redovničkih zvanja. Vjera se, napokon, poučava primjerenom katehezom, svetkuje se u liturgiji koja odgovara duhu naroda i ulazi u čestite ustanove i mjesne običaje po odgovarajućem kanonskom zakonodavstvu.

Biskupi pak svaki sa svojim prezbiterijem, sve više i više prožeti duhom Krista i Crkve, neka osjećaju i žive sa sveopćom Crkvom. Zajedništvo novih Crkava s cijelom Crkvom neka ostane intimno. Elemente njezine tradicije neka povezu s vlastitom kulturom, da—i kao nekim međusobnim strujanjem sila — povećaju život Mističnog Tijela. Stoga neka se gaje teološki, psihološki i ljudski elementi koji mogu doprinijeti da se razvija taj smisao zajedništva s cijelom Crkvom.

Te se Crkve vrlo često nalaze u siromašnijim predjelima Zemlje te većinom još trpe od pomanjkanja svećenstva i od nestašice materijalne pomoći. Stoga im je u najvećoj mjeri potrebno, da trajna misijska djelatnost cijele Crkve pruža takovu pomoć koja < služi prvenstveno rastu, i zrelosti kršćanskog života mjesne Crkve. Ta misijska djelatnost neka pruža pomoć i onim Crkvama koje su istina, davno utemeljene ali se nalaze u nekom stanju nazadovanja ili nemoći.

Same pak ove Crkve neka poduzmu zajednički pastoralni napor i prikladne pothvate, da se njima' brojčano povećaju, sigurnije raspoznaju i uspješnije razvijaju zvanja za dijecezanski* kler i redovničke ustanove,⁵⁶ tako da malo-pomalo uzmognu zbrinuti sebe same i drugima pružiti pomoć.

20. Cum Ecclesia particularis universalem Ecclesiam quam perfectissime repraesentare teneatur, probe noscat se ad eos quoque qui in Christum non credentes cum ipsa in eodem territorio commorantur esse missam ut, testimonio vitae singulorum fidelium et totius communitatis, signum sit Christum eis indicans.

Requiritur insuper ministerium verbi, ut Evangelium ad omnes perveniat. Episcopus imprimis fidei praeco sit oportet, qui novos discipulos ad Christum adducat.³ Quod eximium munus ut rite adimpleat, penitus percipiat tum condiciones sui gregis tum intimas suorum concivium de Deo opiniones, sedulo quoque habita ratione illarum mutationum, quas urbanizationes uti dicunt, migrationes et indifferentismus religiosus introduxerint.

Presbyteri locales in novellis Ecclesiis opus evangelizationis ardentem aggrediantur, communem operam instituendo cum missionariis exteris, quibuscum unum efforment presbyterium, adunatum sub auctoritate Episcopi, non solum ad fideles pascendos et ad divinum cultum celebrandum, sed etiam ad Evangelium praedicandum iis qui foris sunt. Promptos se praebeant et, occasione data, alacri animo Episcopo suo sese offerant ad opus missionarium in dissitis et derelictis regionibus propriae dioeceseos vel in aliis dioecesibus incipiendum.

Eodem zelo fervescent religiosi et religiosas itemque laici erga suos concives, praesertim pauperiores.

Curent Conferentiae Episcopales ut statis temporibus cursus renovationis biblicae, theologicae, spiritualis et pastoralis instituatur eo consilio, ut inter rerum varietates et mutationes clerus plenior cognitionem scientiae theologicae et methodorum pastoralium acquirat.

De caetero, sancte serventur ea quae ab hoc Concilio, praesertim in Decreto De Presbyterorum Ministerio et Vita sancita sunt.

Ut hoc opus missionale Ecclesiae particularis perfici possit, requiruntur ministri idonei, tempestive parandi modo condicionibus uniuscuiusque Ecclesiae congruenti. Cum autem homines magis magisque in coetus coalescant, maxime convenit Conferentias episcopales communia consilia inire de dialogo cum his coetibus instituendo. Si autem in quibusdam regionibus coetus hominum inveniuntur, qui a fide catholica amplectenda eo arceantur, quod formae peculiari quam Ecclesia ibi induerit, sese accommodare nequeant, in voto est ut tali conditioni speciali modo⁴ provideatur, donec omnes christiani in unam communitatem congregari possint; Missionarios vero, si quos Apostolica Sedes ad hunc finem praesto habuerit, singuli Episcopi in suas dioeceses vocent vel libenter recipiant eorumque incepta efficaciter promoveant.

Ut hic zelus missionarius apud domesticos patriae florescat, valde

Mjesne Crkve

20. Budući da partikularna Crkva ima što savršenije odražavati sveopću Crkvu, neka dobro znade da je poslana i k onima koji ne vjeruju u Krista a borave s njom ha istom teritoriju, da svjedočanstvom života pojedinih vjernika i cijele zajednice bude znak koji im otkriva Krista.

K tomu, da Evandjelje dopre do svih traži se i služba riječi. U prvom redu treba biskup da bude glasnik vjere koji će privesti nove učenike Kristu.⁵⁷ Da bi tu uzvišenu službu ispunjavao kako treba, neka temeljito upozna je i uvjete svoga stada i najdublja mišljenja svojih sugrađana o Bogu, brižno računajući u isti mah s onim promjenama koje su nastale uslijed urbanizacije, migracija i vjerskog indiferentizma.

Mjesni svećenici u mladim Crkvama trebaju gorljivo pristupiti djelu evangelizacije radeći zajednički sa stranim misionarima, s kojima neka sačinjavaju jedan prezbiterij ujedinjen pod autoritetom biskupa, ne samo radi pastve vjernika i svetkovanja božanskog kulta nego također radi propovijedanja Evandjelja onima koji su vani. Neka budu spremni i neka se radosna srca — kad se pruži prigoda — ponude biskupu za misijski rad u udaljenim i zapuštenim krajevima vlastite biskupije ili u drugim biskupijama.

Redovnici i redovnice, kao i laici, trebaju plamtjeti istom revnošću prema svojim sugrađanima, osobito prema siromašnjijima.

Neka biskupske konferencije vode brigu da se u određenim rokovima priređuju tečajevi za biblijsku, teološku, duhovnu i pastoralnu obnovu, sa svrhom da kler usred raznolikosti i promjena stekne dublje poznavanje teološke nauke i pastoralnih metoda.

što se ostaloga tiče, neka se sveto održava ono što je ovaj Koncil odredio, osobito u Dekretu o službi i životu prezbitera.

Da se to misijsko djelovanje partikularne Crkve uzmogne provesti, traže se sposobni služitelji koje treba na vrijeme spremati onako kako odgovara prilikama svake pojedine Crkve. Budući da se ljudi sve više i više okupljaju u grupe, bit je najprikladnije da biskupske konferencije stvaraju, zajednički plan za dijalog s tim grupama. Ako se pak u nekim krajevima nalaze grupe ljudi koje od prihvaćanja katoličke vjere odbija to što se ne mogu prilagoditi posebnoj formi koju je Crkva ondje poprimila, poželjno je da se o takvoj situaciji vodi posebna briga⁵⁸ dok se svi kršćani ne uzmognu okupiti u jednu zajednicu. Pojedini biskupi neka pozivaju ili rado primaju misionare u svoje biskupije, ako ih Apostolska Stolica ima na raspolaganje za tu svrhu, i neka djelotvorno promiču-njihove pothvate. Da bi taj misijski žar procvao i kod njihovih zemljaka vrlo je prikladno da

convenit ut Ecclesiae novellae quam primum Missioni universali Ecclesiae opere participant, mittendo et ipsae missionarios qui Evangelium ubique terrarum annuntient, etsi penuria cleri laborent. Com- , munio enim cum Ecclesia universali quodammodo consummabitur cum et ipsae navitatem missionalem ad alias Gentes actuose participabunt.

21. Ecclesia non vere fundata est, non plene vivit, nec perfectum Christi signum est inter homines, nisi, cum hierarchia, laicatus veri nominis exstet et laboret. Evangelium enim non potest profunde infigi in ingeniis, vita et labore alicuius populi sine actuosa praesentia laicorum. Ideo iam dn fundatione Ecclesiae ad laicatum maturum christianum constituendum maxime attendendum est.

Laici -enim fideles plene pertinent simul ad Populum Dei et ad societatem civilem: ad gentem suam pertinent in qua nati sunt, in cuius thesauris culturalibus per educationem participare coeperunt, cuius vitae per multiformia vincula socialia iunguntur, in cuius progressu proprio nisu in suis professionibus cooperantur, cuius problemata ipsi tamquam propria sentiunt et solvere conantur; pertinent etiam ad Christum, quia regenerati sunt in Ecclesia per fidem et baptismum ut, novitate vitae et operis, Christi sint,⁵ ut in Christo omnia Deo subiciantur, et tandem sit Deus omnia in omnibus.⁶

Praecipuum officium eorum, virorum et mulierum, est testimonium Christi, quod vita et verbo in familia, in suo coetu sociali, et in ambitu suae professionis reddere tenentur. Appareat enim in eis oportet novus homo qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis.⁷ Debent vero hanc novitatem vitae exprimere in ambitu societatis et culturae patriae, secundum traditiones suae nationis. Ipsi cognoscere hanc culturam, eam sanare et servare, secundum condiciones recentes evolvere, et tandem in Christo perficere debent, ut fides. Christi et vita Ecclesiae societati, in qua vivunt, iam non sit extranea, sed eam permeare et transformare incipiat. Iungantur concivibus suis sincera caritate, ut in eorum conversatione appareat novum vinculum unitatis et solidaritatis universalis, quae et mysterio Christi hauritur. Dissemiment etiam fidem Christi inter eos; quibus vitae et professionis vinculis nectuntur; quae obligatio, eo magis urget, quod plurimi homines non nisi per vicinos laicos Evangelium audire et Christum agnoscere possunt. Immo, ubi fieri potest, laici parati, sint, in magis immediata cooperatione cum hierarchia, specialem missionem implere ad Evangelium annuntiandum et dogtrinam christianam commundandam, ut nascenti Ecclesiae vigorem adiciant.

mlade Crkve što prije stvarno sudjeluju u općem misijskom radu Crkve, šaljući i same misionare da po svemu svijetu naviještaju Evanđelje, makar trpjele od nestašice klera. Zajedništvo naime sa sveopćom Crkvom ispunit će se na neki način tada kada budu i same živo sudjelovale u misijskom radu kod drugih naroda.

Apostolat laika

21. Crkva nije pravo utemeljena, ne živi punim životom niti je savršen znak Krista među ljudima, ako s hijerarhijom ne postoji i ne djeluje laikat u pravom smislu. Bez djelatne prisutnosti laika Evanđelje se ne može duboko utisnuti u duh, život i rad nekog naroda. Zato treba već kod utemeljenja Crkve skrajnje paziti na to da se podigne zreo kršćanski laikat.

Vjernici laici pripadaju naime potpuno u isti mah i narodu Božjem i građanskom društvu. Pripadaju svome narodu u kojem su rođeni, u čijem kulturnom blagu počese učestvovati po odgoju, s čijim ih životom spajaju mnogolike socijalne veze, kod čijeg napretka sudjeluju vlastitim zalaganjem u svojim zvanjima, čije probleme osjećaju kao svoje vlastite i nastoje ih riješiti; kršćani laici pripadaju također Kristu, jer su vjerom i kršćenjem preporođeni u Crkvi, da budu Kristovi novosću života i djela (usp. 1 Kor 15, 23), da se u Kristu sve podloži Bogu i da napokon Bog bude sve u svemu (usp. 1 Kor 15, 28).

Glavni njihov zadatak — bili oni muševci ili žene— jest svjedočiti Krista, što moraju vršiti životom i riječju u obitelji, u svom društvenom krugu i na području svoga zvanja. U njima treba da se očituje novi čovjek koji je po Bogu stvoren u istinskoj pravednosti i svetosti (usp. Ef 4, 24). A tu novost života trebaju očitovati u socijalnoj i kulturnoj sredini svoje domovine, prema predajama vlastitog naroda. Oni moraju tu kulturu poznavati, pročišćavati je i čuvati, razvijati je prema suvremenim uvjetima i konačno, usavršavati je u Kristu, da Kristova vjera i život Crkve ne budu više tuđi zajednici u kojoj žive, nego da je otpočinu prožimati i preobražavati. Sa svojim sugrađanima neka se svezu iskrenom ljubavlju, da se u njihovu oplođenju očituje nova veza jedinstva i opće solidarnosti koja se crpi iz Kristova misterija. Kristovu vjeru neka šire i među one s kojima su vezani životom i zvanjem; ta se obaveza to jače nameće, što premnogi mogu jedino po laicima, koji su im blizu, čuti Evanđelje i upoznati Krista. Laici neka budu dapače pripravnici, gdje to može biti, da u neposrednoj suradnji »-ilijerarhijom ispunjavaju posebnu misiju naviještanja Evanđelja i saopćavanje kršćanske nauke, kako bi Crkvi koja se rađa davali više životne snage.

Ministri vero Ecclesiae operosum apostolatam laicorum magni habeant. Laicos forment ut tamquam membra Christi responsabilitatis suae pro omnibus hominibus conscii fiant; eos in mysterio Christi profunde instruant, in practicas methodos introducant ac eis in difficultatibus adsint, ad mentem Constitutionis De Ecclesia et Decreti De Apostolatu Laicorum.

Servatis ergo Pastorum et laicorum muneribus et responsabilitatibus propriis, tota Ecclesia novella unum testimonium Christi vivum et firmum reddat, ut lucidum signum fiat salutis, quae in Christo nobis advenit.

22. Semen quod est varbum Dei, germinans ex terra bona, rore divino irrigata, succum trahit, illum transformat sibi que assimilat ut denique fructum multum affefat. Equidem ad instar oeconomiae Incarnationis, Ecclesiae novellae in Christo radicatae Apostolorumque fundamento superaedificatae, in admirabile commercium assumunt omnes divitias nationum quae Christo datae sunt in haereditatem.⁸ Ipsae e suorum populorum consuetudinibus et traditionibus, sapientia et doctrina, artibus et disciplinis, ea omnia mutantur quae ad gloriam Creatoris confitentam, ad gratiam Salvatoris illustrandam et ad vitam christianam rite ordinandam conferre possunt.⁹

Ad hoc propositum assequendum necesse est, ut in unoquoque magno territorio socio-culturali, uti aiunt, ea consideratio theologica stimuletur qua, praelucente Traditione universalis Ecclesiae, facta et verba a Deo revelata, in Sacris Litteris consignata et ab Ecclesiae Patribus et Magisterio explicata, novae investigationi subiiciantur. Sic clarius percipietur quibus viis fides, ratione habita philosophiae vel sapientiae populorum, quaerere possit intellectum, et quibus modis consuetudines, vitae sensus et socialis ordo, cum moribus revelatione divina significatis componi queant. Inde patebunt viae ad profundioram aptationem in toto ambitu vitae christianae. Hoc agendi modo omnis syncretismi et falsi particularismi species secludetur, vita christiana ingenio indolique cuiusque culturae accommodabitur,¹⁰ traditiones particulares cum propriis eudisque familiae gentium dotibus luce Evangelii illustratis, in unitatem catholicam assumuntur. Novae denique Ecclesiae particulares, suis traditionibus exorhatae, locum suum habebunt in ecclesiastica communione, integro manente Primatu Petri Cathedrae, quae universo caritatis coerui; praesidet.¹¹

Optandum est ergo, imo omnino convenit, ut Coiiferehtiae Episcopales intra limites uniuscuiusque magni territorii socio-culturalis inter se ita coadunentur ut concordi animo communibusque consiliis hoc aptationis propositum prosequi valeant.

A službenici Crkve neka visoko cijene aktivni laički apostolat. Laike neka formiraju tako da kao Kristovi udovi postaju svjesni svoje odgovornosti za sve ljude; neka ih temeljito pouče u Kristovu misteriju, neka ih uvode u praktične metode, neka im budu u pomoći kod poteškoća, u duhu konstitucije o Crkvi i Dekreta o apostolatu laika.

Neka sva mlada Crkva, poštujući vlastite dužnosti i odgovornosti pastira i laika dadne jedinstveno živo i snažno svjedočanstvo za Krista, da bude svijetao znak spasenja koje. nam je došlo u Kristu.

Posebne predaje u crkvenom jedinstvu

22. Sjeme, koje je riječ Božja, klijući iz- dobre zemlje, nakvašene božanskom rosom, crpi sok, preobražava ga i asimilira da konačno donese mnogi plod. Doista, po uzoru na ekonomiju utjelovljenja, mlade Crkve, ukorijenjene u Kristu i sagrađene na temelju apostola, primaju u divnu izmjenu sva bogatstva naroda, koji su predani Kristu u baštinu (usp. Ps 2, 8). One uzimaju iz običaja i tradicija, iz mudrosti i znanja, iz vještina i umijeća svojih naroda, sve ono što može doprinositi da se hvali Božja slava-, da zasja milost Spasiteljeva i da se pravo oblikuje kršćanski život.⁵⁸

Za ostvarenje tog cilja potrebno je na svakom velikom socijalno-kulturnom području promicati takav teološki pristup kojim će se, u svjetlu tradicije sveopće Crkve djela i riječi koja je Bog objavio a zapisana su u Svetom pismu i protumačena od crkvenih otaca i učiteljstva Crkve, podvrći novom istraživanju. Ovako će se jasnije razabrati kojim putevima vjera, uz pomoć filozofije i mudrosti naroda, može tražiti vlastitu shvadjivost i kako se njihovi običaji, životni nazori i socijalni red mogu spojiti s etosom što ga je označila božanska objava. Odade će se otvoriti putevi dubljem prilagođavanju na svem području kršćanskog života. Ovakvim će se postupkom isključiti svaka pojava sinkretizma i lažnog partikularizma; kršćanski će se život prilagoditi duhu i značaju¹ svalce kulture ;^M rwjedinačne će se tradicije preuzeti u katoličko jedinstvo s vlastitim odlikama svake obitelji naroda osvjedjenima evanđeoski svjetlom. Napokon, mlade partikularne Crkve, obogaćene svojim tradicijama, imat će svoje mjesto u crkvenoj zajednici, uz netaknut primat Petrove Katedre, koja predsjeda svemu skupu ljubavi,⁸¹

Poželjno je, dakle, dapače naskoro prikladno, da se biskupske konferencije unutar granica svakog pojedinog velikog socijalno-kulturnog područja međusobno tako ujedine'da složno i zajedničkim planom uzmognu provesti ovu zadaću prilagođivanja.

DE MISSIONARIIS

23. Quamvis cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbat,¹ Christus Dominus semper e numero discipulorum vocat quos vult ipse, ut sint cum illo et ut mittat eos gentibus praedicare.² Quare per Spiritum Sanctum, qui charismata prout vult ad utilitatem dividit,* vocationem missionariam in cordibus singulorum inspirat simulque in Ecclesia suscitatur Instituta,⁴ quae munus evangelizationis ad totam Ecclesiam pertinens tamquam proprium officium suscipiant.

Speciali enim vocatione signantur, qui congrua naturali indole praediti, dotibus et ingenio idonei, parati sunt ad opus missionale suscipiendum,⁵ sive autochthoni sive exteri: sacerdotes, religiosi, laici. A legitima auctoritate missi, fide et oboedientia ad eos, qui longe sunt a Christo, exeunt, segregati in opus ad quod assumpti sunt⁸ tamquam ministri Evangelii, »ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu Sancto« (Rom. 15, 16).

24. At vero Deo vocanti homo respondere debet tali modo, ut carni et sanguini non acquiescens⁷ totum sese devinciat operi Evangelii. Hoc autem responsum dari nequit nisi Spiritu Sancto incitante et raborante. Missus enim intrat in vitam et missionem Eius, qui »semet ipsum exinanivit formam servi accipens« (Phil. 2, 7). Ideo paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et omnibus omnia sese facere.⁸

Annuntians Evangelium in gentibus, cum fiducia notum faciat mysterium Christi, pro quo legatione fungitur, ita ut in Ipso audeat, prout oportet, loqui,⁸ scandalum crucis non erubescens. Vestigia premens Magistri sui, mitis et humilis corde,; manifestet iugum Eius suave esse. et. pnus leve.¹⁰ Vita revera evangelica,^{1*} in multa patientia,; in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta¹² testimonium reddat Domino suo, si necesse est, usque ad sanguinis effusionem. Virtutem et firmitudinem a Deo impetrabit, ut cognoscat in multo experimento tribulationis et altissimae paupertatis abundantiam esse gaudii.^{1?} Persuasum, habeat oboedientiam esse virtutem peculiarem ministri Christi. qui oboedientia, Sua redemit genus humanum.

Evangelii praecones, ne gratiam qua? in eis est, neglegant, renoventur spiritu mentis de die in die. & em. i. Or.

IV g l a v a

MISIONARI

Misijski poziv

23. Premda na svakom Kristovom učeniku leži dužnost⁸² da uzme svoj dio u širenju vjere, ipak Krist Gospodin uvijek poziva iz broja učenika one koje sam hoće, da budu s njim i da šalje k narodima propovijedati (usp. Mk 3, 13 slij.). Zato po Duhu Svetom, koji na opću korist dijeli karizme kako hoće (1 Kor 12, 11), udahnuje mi sionarsko zvanje u srce pojedinaca i ujedno budi u Crkvi institute⁶³ koji preuzimaju na sebe kao svoju posebnu zadaću evangelizacije, koja spada na cijelu Crkvu.

Posebnim su naime zvanjem odlikovani oni svećenici, redovnici i laici koji su, obdareni odgovarajućim prirodnim sposobnostima darovitošću i značajem, spremni da prihvate misijski rad,⁶⁴ bili oni domaći ili strani. Poslani od zakonite vlasti odlaze u vjeri i poslušnosti k onima koji su daleko od Krista. Izdvojeni su naime za djelo za koje su odabrani (Đj 13, 2), kao sluge Evanđelja, kako bi nekršteni narodi postajali ugodna žrtva posvećena Duhom Svetim (Rim 15, 16).

Misijska duhovnost

24. Bogu pak koji poziva mora čovjek odgovoriti tako da se, ne obazirući se na tijelo i krv (usp. Gal 1, 16), sav preda djelu Evanđelja. A takav se odgovor može dati samo uz pobudu i jakost Duha Svetoga. Otposlani naime ulazi u život i misiju onoga koji je »sništio sebe sama uzevši narav sluge« (Fil 2, 7). Stoga mora biti spreman cijeli život čvrsto stajati u svom zvanju, odricati se samoga sebe i svega što je dosada smatrao svojim te postati svima sve (1 Kor 9, 22).

Naviještajući Evanđelje kod pogana, neka s pouzdanjem obznanjuje misterij Krista, čiji je poslanik, tako da se u Njemu, usuđuje govoriti kako treba (usp. Ef 6, 19 i slij.; Dj 4, 31), ne stideći se sablazni križa. Idući stopama svoga Učitelja, neka, blaga i ponizna srca poka zuje da je Njegov jaram i njegovo breme lako (Mt 11, 29 slij.). Životom doista evanđeoskim,⁶⁵ velikom postojanošću, strpljivošću, do brotom, iskrenom ljubavlju (usp. 2 Kor 6, 4 slij.) neka svjedoči za svoga Gospodina; ako je nužno sve do prolijevanja krvi. Molit će od Boga hrabrost i snagu da upozna kako se obilna radost nalazi u mno gom podnašanju nevolje i krajnjeg siromaštva (usp* 2t Kor 8, 2), Neka bude uvjeren da je poslušnost osobita krepost sluge Kristova. koji je svojom poslušnošću otkupio ljudski rod. ,..*⁶⁶

Da vjesnici Evanđelja ne^&emare mUost koju imaju u sebi, neka se duhovno obnavljaju iz dana u dan (usp, 1 Tim 4, 14jE£ 4, 23;

statutis temporibus missionarios coadunent, ut spe vocationis roborentur et in ministerio apostolico innoventur, etiam institutis ad hoc aptis domibus.

25. Ad tam praedarum opus, futurus missionarius speciali formatione spirituali et morali praeparandus est.¹⁵ Debet enim esse promptus ad initia capienda, constans ad opera perficienda, perseverans in difficultatibus, patienti et forti animo ferens solitudinem, defatigationem, infructuosum laborem. Mente aperta et corde dilatato hominibus occurret; officia sibi commissa libenter suscipiet; alienis etiam populorum moribus et variantibus condicionibus generose se aptabit; concordi animo et mutua caritate soeiam operam dabit fratribus et omnibus qui eidem operi sese dedicant, ita ut simul cum fidelibus, communitatem apostolicam imitantes, cor unum sint et anima una.¹⁸ Hae animi habitudines iam tempore formationis sedulo exerceantur, excolantur et vita spirituali eleventur et nutrantur. Fide viva et spe indeficienti imbutus, missionarius sit vir orationis; ardeat spiritu virtutis et dilectionis et sobrietatis;¹⁷ discat in quibus sit sufficiens esse;¹⁸ spiritu sacrificii mortem lesu in seipso circumferat, ut vita lesu operetur in eis ad quos mittitur;¹⁹ zelo animarum libenter omnia impendat et superimpendatur ipse pro animabus,²⁰ adeo ut »quotidiano officii sui exercitio in Dei proximique amore crescat.«²¹ Ita voluntati Patris oboediens cum Christo, missionem Eius sub auctoritate hierarchica Ecclesiae continuabit, et mysterio salutis cooperabitur.-'

26. Qui vero ad varias gentes mittentur, ut boni ministri Christi, enutriti sint »verbis fidei et bonae doctrinae« (1 Tim. 4, 6), quae praepriis ex Sacris Scripturis haurient, perscrutantes Mysterium Christi, cuius praecones et testes erunt.

Quare omnes missionarii — sacerdotes, fratres, sorores, laici — pro sua quisque condicione praeparandi et efformandi sunt, ne exigentis futuri operis impares inveniatur.*« Ab ipsis iam initiis, formatio doctrinalis eorum ita instituatur, ut et universalitatem Ecclesiae et diversitatem gentium comprehendat. Quod de omnibus disciplinis valet, per quas ad ministerium obeundum parantur, necnon de aliis scientiis, quibus utiliter edocentur, ut communem habeant populorum, culturarum et religionum cognitionem, non tantum ad praeteritum, sed et ad praesens tempus spectant. Quicumque hinc alium populum aditurus est, magni aestimet eius patrimonium et linguas et mores. Futuro missionario apprime necessarium est studiis missiologicis incumbere, id est cognoscere doctrinam et normas Ecclesiae circa activitatem missionalem, scire quas vias »nuntii Evangelii decursu saeculorum

2 Kor 4, 16). Ordinariji pak i poglavari neka u određenim rokovima okupljaju misionare da ih nada zvanja okrijepi i da se obnove u apostolskoj službi, a neka podignu u tu svrhu i prikladne domove.

Posebni odgoj i obrazovanje

25. Budući misionar treba se pripremiti za tako plemenito djelo specijalnom duhovnom i čudorednom formacijom.⁶⁰ Mora biti odlučan: na započinjanje pothvata, postojan u izvršavanju započetih djela, ustrajan u poteškoćama, podnoseći strpljivo i hrabro samoću, umor i neplodan rad. Pristupat će k ljudima otvorena duha i široka srca; rado će preuzimati povjerene službe; velikodušno će se također prilagođavati stranim običajima naroda i promjenljivim prilikama; složno će i uzajamnom ljubavlju surađivati s braćom i onima koji se posveću istom poslu, tako da zajedno s vjernicima, nasljeđujući apostolsku zajednicu, budu jedno srce i jedna duša (usp. Dj 2, 42; 4, 32).

Te kreposti treba već u vrijeme formacije brižno uvježbavati, uzgajati te duhovnim životom dizati i hraniti. Neka misionar bude muž molitve, prodahnut živom vjerom i nepokolebivom nadom; neka gori duhom jakosti, ljubavi i razboritosti (usp. 2 Tim 1, 7). Neka se navikne da bude zadovoljan onim što ima. (usp. Fil 4, 11); duhom požrtvornosti neka pronosi u sebi Isusovo umiranje da život Isusov djeluje u onima kojima se šalje (usp. 2 Kor 4, 10 slij.); u revnosti-za duše (usp. 2 Kor 12, 15 slij.), tako da »svagdanjim vršenjem svoje službe raste u ljubavi prema Bogu i bližnjemu.«⁶¹ Pokoravajući se tako s Kristom volji Božjoj, nastaviti će njegovo poslanje pod hijerarhijskim autoritetom Crkve i surađivati u misteriju spasenja.

Doktrinalni apostolski odgoj

26. Oni koji se budu slali k raznim narodima, neka se kao dobri Kristovi sluge hrane »zasadama vjere i dobre nauke« (1 Tim 4, 6). koje će crpiti prvenstveno iz Svetoga pisma proučavajući misterij Krista, komu će biti vjesnici i svjedoci.

Stoga treba pripremiti i odgojiti sve misionare: svećenike, braću i sestre, laike, svakoga prema njegovu stanju, da se ne bi našli nedorasli za zahtjeve budućeg djelovanja.⁶⁸ Neka se njihova doktrinalna naobrazba već od samih početaka tako uređuje da obuhvaća i općeritost Crkve i raznolikost naroda: To vrijedi za sve discipline kojima se pripravlja na vršenje svoje službe, kao i za ostale znanosti kojima se korisno upućuju da steknu opće poznavanje naroda, kultura i religija — ne samo s obzirom na prošlost nego i na sadašnjicu. Tko god kani pod k dragom narodu, neka uvelike cijeni i poštuje njegovu narodnu baštinu, jeziker i običaje. Budućem-je misionaru potrebno prije svega da se dade na misiološki studij, tj. da upozna nauku i smjernice Crkve glede misijskog rada; da zna koje su putove prošli

percurrerint, necnon praesentem missionum condicionem simul ac methodos, quae nunc temporis efficaciores censentur.**

Etsi vero haec integra institutio pastoralis sollicitudine imbuenda sit, peculiaris tamen et ordinata formatio apostolica praebetur, tam doctrina quam practicis exercitationibus.²⁴

Fratres et sorores quamplurimi artem catechetica bene edoceantur et praeparentur, ut magis adhuc in apostola tu collaborare possint.

Etiam qui ad tempus in activitate missionali partes assumunt, formationem conditioni suae adaequatam acquirant necesse est.

Haec vero formationis genera in terris ad quas mittentur ita compleantur, ut missionarii fusius cognoscant historiam, structuras sociales et consuetudines populorum, perspiciant ordinem moralem et praecipua religiosa necnon ideas intimas, quas ii secundum sacras sibi traditiones de Deo, de mundo et de homine efformaverint.²⁵ Linguas vero ediscant tali gradu, ut illis expedite et polite uti queant, et ita faciliorem ad hominum mentes et corda aditum inveniant.²⁸ Praeterea in peculiari necessitate pastorales rite introducantur.

Sanctum sit omnibus necessitudines sociales inter praecipua hominis hodierni officia recensere easque observare. Quo magis mundus unitur, eo apertius hominum munera particulares coetus superant et ad universum mundum paulatim extenduntur. Quod fieri nequit nisi et singuli homines et ipsorum coetus virtutes morales et sociales in seipsis colant et in societate diffundant, ita ut vere novi homines et artifices novae humanitatis existant cum necessario auxilio divinae gratiae.

31. (*De responsabilitate et participatione*). Ut singuli homines suum conscientiae officium accuratius impleant tum erga seipsos, tum erga varios coetus quorum membra sunt, diligenter ad ampliorem animi culturam educandi sunt, ingenibus adhibitis subsidiis quae hodie generi humano praesto sunt. Praeprimis educatio iuvenum cuiuslibet socialis originis ita instituenda est, ut viri mulieresque suscitantur qui non tantum exculsi ingenii sed et magni animi sint, utpote qui a nostro tempore vehementer postulentur.

Sed ad hunc responsabilitatis sensum homo vix pervenit, nisi vitae condiciones ei permittant ut suae dignitatis conscius fiat, et vocationi suae, seipsum pro Deo et pro aliis impendendo, respondeat. Humana vero libertas saepe debilior fit, ubi homo in extremam inddit egestatem, sicut vilescit, ubi ipse, nimis vitae facilitatibus indulgens, in aurea veluti solitudine seipsum includit. E contra roboratur, cum homo inevitabiles vitae socialis necessitates accipit, multiformes exigentias humanae coniunctionis assumit atque humanae communitatis servitio se obstringit.

Ideo omnium exstimulanda est voluntas inceptorum communium suas partes assumendi. Laudanda est autem ratio agendi nationum, in quibus pars quam maxima civium in vera libertate rerum publi-

vednosti i ljubavi sve se više udovoljava na taj način da svatko prema vlastitim mogućnostima i obazirući se na potrebe drugoga pridonosi općem dobru te unapređuje i pomaže javne i privatne ustanove koje služe poboljšavanju uvjeta ljudskog života. Ali ima i takvih koji, doduše, zastupaju širokogrudne i velikodušne ideje, no u stvari uvijek tako žive kao da ih uopće nije briga za potrebe društva. Dapače, mnogi u nekim zemljama takoreći ništa ne drže do socijalnih zakona i propisa. Nije malen ni broj onih koji se ne ustručavaju da izbjegavaju opravdane poreze ili druge obaveze prema društvu služeći se pri tom raznim smicalicama i prijevarama. Drugi opet omalovažavaju neke propise društvenog života, kao na primjer one koji se tiču zdravstvene zaštite ili uređenja saobraćaja, ne pazeći ništa na to što takvom nebrigom dovode u opasnost vlastiti život i život drugih.

Svi neka uzmu k srcu da među glavne dužnosti suvremenog čovjeka ubroje društvene obaveze i da ih obdržavaju. Što se svijet više ujedinjuje, to dužnosti ljudi očitije prerastaju zasebne skupine i pomalo se proširuju na čitav svijet. A to se ne može ostvariti ako i pojedinci i skupine ne budu u sebi uzgajali i u društvu širili moralne i socijalne vrline. Tako će, uz nužnu pomoć Božje milosti, postati zaista novi ljudi i graditelji novog čovječanstva.

Odgovornost i sudjelovanje

31. Da bi pojedinci što bolje ispunili dužnost svoje savjesti prema sebi i prema različitim grupama čiji su Članovi, potrebno im je osigurati što obuhvatniju unutarnju kulturnu izobrazbu, služeći se pri tom silnim sredstvima kojima čovječanstvo danas obilno raspolaze. U prvom redu odgoj omladine, bez obzira na društveno porijeklo, treba tako urediti da se pojave muževi i žene koji će biti ne samo intelektualno izobraženi nego i izgrađene ličnosti, jer upravo takve potrebuje naše doba.

No do takvog osjećaja odgovornosti čovjek jedva dolazi ako mu životni uvjeti ne dopuštaju da postane svjestan svoga dostojanstva i da odgovori svom pozivu služenjem Bogu i bližnjima. Ljudska, naime, sloboda često slabi kad čovjek padne u skrajnju bijedu, kao što se obescjenjuje kad on, živeći odviše lagodno, zatvara sebe kao u neku »zlatnu osamu«. Ona, naprotiv, jača kad čovjek preuzima na sebe neizbježive nužnosti društvenog života, ako prihvaća mnogostruke zahtjeve ljudske solidarnosti i svojski se stavlja u službu ljudske zajednice.

Stoga treba poticati kod svih volju da preuzmu svoj dio odgovornosti u zajedničkim pothvatima?! I valja pohvaliti postupak onih država u kojima što je moguće više građana u istinskoj slobodi

carum particeps fit. Ratio tamen habenda est condicionis realis uniuscuiusque gentis et necessarii vigoris publicae auctoritatis. Ut vero omnes cives prout sint ad participandam vitam variorum coetuum, quibus corpus sociale constat, necesse est ut his in coetibus bona inveniatur, quae ipsos attrahant eosque ad aliorum servitium disponant. Iure arbitrari possumus futuram humanitatis sortem in illorum manibus reponi, qui posteris generationibus vivendi et sperandi rationes tradere valent.

32. (*Verbum Incarnatum et solidaritas humana*). Sicut Deus homines non ad singulatim vivendum, sed ad socialem unionem efformandam creavit, ita Ipsi etiam »placuit... homines non singulatim, quavis mutua connexionem seclusa, sanctificare et salvare, sed eos in populum constituere, qui in veritate Ipsum agnosceret Ipsi-que sancte serviret«. ¹⁸ Inde ab initio historiae salutis Ipse homines elegit non ut individuos tantum sed ut membra cuiusdam communitatis. Illos enim electos Deus, suum aperiens consilium, vocavit »populum suum« (Ex. 3, 7-12), quocum insuper in Sinai foedus pepigit. ¹⁴

Quae indoles communitaria opere Iesu Christi perficitur et consummatur. Ipsum enim Verbum incarnatum humanae consortionis particeps esse voluit. Canae nuptiis interfuit, in domum Zachaei descendit, cum publicanis et peccatoribus manducavit. Patris amorem hominumque eximiam vocationem, communissimas res sociales commemorando et locutiones figurae vitae plane cotidianae adhibendo, revelavit. Necessitudines humanas, imprimis familiares, ex quibus rationes sociales oriuntur, sanctificavit, legibus suae patriae voluntarie subditus. Vitam opificis sui temporis et regionis propriam ducere voluit.

In sua praedicatione clare mandavit filiis Dei ut tamquam fratres ad invicem se gererent. In sua oratione rogavit ut omnes discipuli sui *unum* essent. Immo Ipse usque ad mortem sese pro omnibus obtulit, omnium Redemptor. »Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis« (Io. 15, 13). Apbstopolos autem iussit praedicare omnibus gentibus nuntium evangelicum ut genus humanum familia Dei fieret, in qua plenitudo legis esset dilectio.

Primogenitus in multis fratribus inter omnes qui Eum fide ac caritate recipiunt, post mortem et resurrectionem suam, dono sui Spiritus novam fraternitatem communionem instituit, in Corpore scilicet suo, quod est Ecclesia, in quo omnes, inter se invicem membra, secundum dona diversa concessa, mutua sibi praestarent servitia.

Quae solidaritas semper augenda erit, usque ad illam diem qua consummabitur, et qua homines, grata salvati, tamquam familia a Deo et Christo Fratre dilecta, perfectam gloriam Deo praestabunt.

sudjeluju u vođenju javnih poslova. Treba ipak voditi računa o stvarnim prilikama svakog pojedinog naroda i o nužnoj stabilnosti javne vlasti, a da bi svi građani bili spremni učestvovati u životu raznih skupina koje čine društveno tijelo, potrebno je da u njima nađu vrednote koje će ih privući i raspoložiti ih da služe drugima. S pravom možemo smatrati da je budućnost čovječanstva u rukama onih koji budu znali budućim pokoljenjima pružiti razloge života i nadei

Utjelovljena Riječ i ljudska solidarnost

32. Kao što je Bog stvorio ljude ne da žive pojedinačno nego da formiraju društvene zajednice, tako se njemu također »svidjelo... da posveti i spasi ljude ne izolirano, neovisno od svake veze među njima, nego da učini od njih jedan narod, koji će ga priznavati u istini i sveto mu služiti«. ¹⁸ Već od početka povijesti spasenja on je izabirao ljude ne samo kao pojedince nego kao članove određene zajednice. Bog je te izabrane, objavljujući svoju zamisao, nazvao »svojim narodom« (Izl 3, 7—12), s kojim je povrh toga sklopio i savez na Sinaju. ¹⁴

Taj zajedničarski značaj usavršen je i dovršen djelom Isusa Krista. Sama je naime utjelovljena Riječ htjela biti dionikom ljudske zajednice. U Kani je Krist prisustvovao svadbi, svratio je u Zakejevu kuću, blagovao sa carinicima i grešnicima. Navodeći najobičnije socijalne elemente i služeći se izrazima i slikama iz običnog svakidašnjeg života, on je objavljivao Očevu ljubav i uzvišeni čovječiji poziv. Posvetio je ljudske veze, u prvom redu obiteljske, koje su izvor društvenog života. Svojevoljno se podložio zakonima svoje domovine. Htio je živjeti životom radnika svoga vremena i svojega kraja.

U svom je propovijedanju jasno naložio sinovima Božjim da se jedan prema drugome ponašaju kao braća. U svojoj je molitvi molio da svi njegovi učenici budu »jedno«. Štoviše, sama je sebe, sve do smrti, prinio za sve, kao Otkupitelj svijetu. »Nitko nema veće ljubavi od ove: položiti vlastiti život za svoje prijatelje« (Iv 15, 13). Apostolima je pak svojim zapovjedio da svim narodima naviještaju evanđeosku poruku da bi ljudski rod postao Božja obitelj u kojoj bi punina zakona bik ljubav.

Prvorođenac među mnogom braćom ustanovio je poslije svoje smrti i uskrsnuća* po daru svojega Duha, među svima koji ga s vjeron i ljubavlju primaju, novu bratsku zajednicu, naime u svome Tijelu, što je Crkva; da se u tom Tijelu svi, kao udovi jedan drugome, međusobno pomažu već prema različitim darovima koji su im dani.

Ta solidarnost treba da neprestano raste sve do onog dana kad dođe do svoje punine: — tada će ljudi, milošću spašeni, kao obitelj ljubljena od Boga i Krista, njihova brata, dati savršenu slavu Bogu.

NAVITATE IN UNIVERSO MUNDO

33. (*Ponitur problema*). Suo labore atque ingenio homo suam vitam amplius evolvere semper conatus est; hodie autem, praesertim ope scientiae et artis technicae, suum dominium in universam fere naturam dilatavit ac iugiter dilatat, et adjuvantibus imprimis auctis inter nationes multimodi commercii mediis, familia humana paulatim tamquam unam in universo mundo communitatem sese agnoscit atque constituit. Quo fit, ut multa bona, quae olim homo a supernis viribus praesertim exspectabat, hodie iam propria industria sibi procuret.

Coram immenso hoc conamine, quod totum humanum genus iam pervadit, multae exsurgunt inter homines interrogationes. Quinam est illius operositatis sensus et valor? Quomodo omnibus his rebus utendum est? Ad quem finem assequendum nisus sive singulorum sive societatum tendunt? Ecclesia, quae depositum verbi Dei custodit, ex quo principia in ordine religioso et morali hauriuntur, quin semper de singulis quaestionibus responsum in promptu habeat, lumen revelationis cum omnium peritia coniungere cupit, ut iter illuminetur, quod humanitas nuper ingressa est.

34. (*De valore humanae navitatis*). Hoc credentibus ratum est, navitatem humanam individuiam et collectivam, seu ingens illud conamen, quo homines decursu saeculorum suae vitae condiciones in melius mutare satagunt, in seipso consideratum, Dei proposito respondere. Homo enim, ad imaginem Dei creatus, mandatum accepit ut, terram cum omnibus quae in ea continentur sibi subiciens, mundum in iustitia et sanctitate regeret¹ utque, Deum omnium Creatorem agnoscens, seipsum ac rerum universitatem ad Ipsum referret, ita ut rebus omnibus homini subiectis, admirabile sit nomen Dei in universa terra.²

Quod etiam opera penitus quotidiana respicit. Viri namque et mulieres qui, dum vitae sustentationem sibi et familiae comparant, navitates suas ita exercent ut societati opportune ministrent, iure existimare possunt se suo labore opus Creatoris evolvere, commodis fratrum suorum consulere, et ad consilium divinum in historia adimplendum personali industria conferre.³

Christiani itaque, nedum arbitrentur opera, quae homines suo ingenio et virtute pepererunt, Dei potentiae opponi, creaturamque rationalem quasi aemulam Creatoris exsistere, potius persuasum habent humani generis victorias signum esse magnitudinis Dei et fructus ineffabilis Ipsius consilii. Quo magis vero hominum potentia

III glava

LJUDSKA DJELATNOST U SVIJETU

Problem

33. Svojim radom i duhom čovjek je uvijek pokušavao da svoj život sve bogatije razvije. Danas je, osobito pomoću znanosti i tehnike, proširio i neprestano dalje širi svoje gospodstvo gotovo nad čitavom prirodom, te se ljudska obitelj, zahvaljujući povećanim mnogostrukim putovima razmjene među narodima, sve više priznaje i oblikuje kao jedna jedinstvena zajednica na čitavom svijetu. Zbog toga mnoga dobra, koja je nekoć Čovjek prvotno iščekivao od viših sila, danas pribavlja već vlastitim radom.

Pred tim golemim pothvatom, koji već zahvaća čitav ljudski rod, ljudima se nameću mnoga pitanja. Koji je smisao i vrijednost te ljudske djelatnosti? Kako se treba služiti svim tim stvarima? Koja je svrha tih pojedinačnih i zajedničkih napora? Crkva, čuvarica blaga riječi Božje, iz kojega crpi načela religioznog i moralnog reda, premda nema uvijek spremna odgovora na svako pitanje, ipak želi svjetlo Objave povezati sa stručnim znanjem svijeta, da bi se osvijedio put kojim je čovječanstvo upravo krenulo.

Vrijednost ljudske djelatnosti

34. Za vjernike je jedno sigurno: pojedinačna i kolektivna ljudska djelatnost, taj divovski napor kojim ljudi tokom vjekova nastoje da poboljšaju svoje životne uvjete, promatran sam u sebi, odgovara Božjoj zamisli. Čovjek, stvoren na sliku Božju, primio je nalog da sebi podloži zemlju sa svime što ona sadržava, da upravlja svijetom u pravednosti i svetosti¹ te da priznajući Boga stvoriteljem svega k njemu upravi sebe i sveukupnu stvarnost, da time što su sve stvari podvrgnute čovjeku bude ime Božje slavljeno po svojoj zemlji.⁸

To također vrijedi i za najobičnije dnevne poslove. Muževi i žene koji, pribavljajući za sebe i za svoju obitelj sredstva potrebna za život, tako razvijaju svoju djelatnost da prikladno služe društvu, s pravom mogu smatrati da svojim radom dalje razvijaju Stvoriteljevo djelo, da služe dobrobiti svoje braće i da osobnim radom doprinose povijesnom ostvarenju Božje zamisli.³

Stoga kršćani i ne pomišljaju da se dostignuća što su ih ljudi svojim genijem i silama stvorili suprotstavljaju Božjoj moći i kao da bi razumno stvorenje bilo takmac Stvoritelju. Naprotiv, oni su uvjereni da su pobjede čovječanstva znak veličine Božje i plod njegove neizrecive zamisli. Sto fak više raste moć ljudi, to se dalje

crescit, eo latius ipsorum responsabilitas, sive singulorum sive communitatum extenditur. Unde apparet christiano nuntio homines ab extruendo mundo non averti, nec ad bornim sui similibus negligendum impelli, sed potius officio haec operandi arctius obstringi.⁴

35. (*De humana navitate ordinanda*). Humana vero navitas, sicut ex homine procedit, ita ad hominem ordinatur. Homo enim, cum operatur, non tantum res et societatem immutat, sed et seipsum perficit. Multa discit, facultates suas excolit, extra se et supra se procedit. Huiusmodi incrementum, si recte intelligatur, maioris pretii est quam externa quae colligi possunt divitiae. Magis valet homo propter id quod est quam propter id quod habet.⁵ Pariter, omnia quae homines, ad maiorem iustitiam, ampliorem fraternitatem, humanioremque ordinationem in socialibus necessitudinibus obtinendam agunt, plus quam progressus technici valent. Hi enim progressus quasi materiam humanae promotioni praebere possunt, illam autem per se solos ad actum nequaquam deducunt.

Unde haec est humanae navitatis norma, quod iuxta consilium et voluntatem divinam cum genuino humani generis bono congruat, et homini individuo vel in societate posito integrae suae vocationis cultum et impletionem permittat.

36. (*De tusta rerum terrenarum autonomia*). Multi tamen coevi nostri timere videntur, ne ex arctiore humanae navitatis et religionis coniunctione autonomia hominum vel societatum vel scientiarum impediatur. Si per terrenarum rerum autonomia intelligimus res creatas et ipsas societates propriis legibus valoribusque gaudere, ab homine gradatim dignoscendis, adhibendis et ordinandis, eadem exigere omnino fas est: quod non solum postulatur ab hominibus nostrae aetatis, sed etiam cum Creatoris voluntate congruit. Ex ipsa enim creationis condicione res universae propria firmitate, veritate, bonitate propriisque legibus ac ordine instruuntur, quae homo revereri debet, propriis singularum scientiarum artiumve methodis agnitis. Ideo inquisitio methodica in omnibus disciplinis, si modo vere scientifico et iuxta normas morales procedit, numquam fidei revera adversabitur, quia res profanae et res fidei ab eodem Deo originem ducunt.« Immo, qui humili et constanti animo abscondita rerum perscrutari conatur, etsi inscius quasi manu Dei ducitur qui, res omnes sustinens, facit ut sint id quod sunt. Hinc deplorare liceat quosdam animi habitus, qui aliquando inter christianos ipsos, ob non

proteže i njihova pojedinačna i skupna odgovornost. Iz toga se jasno vidi da kršćanska poruka ne odvraća ljude od izgradnje svijeta niti ih potiče da zanemare dobro drugih ljudi, nego ih naprotiv na to još čvršće obavezuje.*

Norme ljudske djelatnosti

35. Ljudska djelatnost kao što iz čovjeka proizlazi tako je prema njemu i usmjerena. Čovjek naime svojim radom ne samo da pre obražava stvari i društvo već usavršava samoga sebe. Mnogo toga uči, razvija svoje sposobnosti, i samoga sebe premašuje. Taj razvitak, ako se ispravno shvati, vrijedi više nego samo nagomilavanje vanjskog bogatstva. Čovjek više vrijedi po onome što jest negoli po onome što ima.⁵ Isto tako sve ono što ljudi čine da se postigne veća pravda, šire bratstvo i čovječnije uređenje u društvenim odnosima vrijedi više nego sam tehnički napredak. Taj napredak naime može dati materijalnu bazu ljudskom unapređenju, ali je nesposoban da ga sam po sebi ostvari.

Stoga je norma za ljudsku djelatnost ono što je prema zamisli i volji Božjoj u skladu s istinskim dobrom čovječanstva i što omogućuje čovjeku kao pojedincu ili kao članu zajednice da razvije i ostvari svoj potpuni poziv.

Opravdana autonomija ovozemnih stvarnosti

36. Mnogi naši suvremenici kao da se boje da se iz odveć uske povezanosti između ljudske djelatnosti i religije ne bi sapela autonomija ljudi, društava i znanosti.

Ako pod autonomijom ovozemnih stvarnosti podrazumijevamo da stvorene stvari pa i sama društva imaju vlastite zakone i vrijednosti koje čovjek mora pomalo otkrivati, primjenjivati i sređivati, onda je sasvim opravdano zahtijevati takvu autonomiju: to je ne samo zahtjev ljudi našeg vremena nego to odgovara i volji Stvoritelja. Sve naime stvari već time što su stvorene imaju svoju konzistenciju, istinu, dobrotu, vlastite zakone i ustrojstvo; to čovjek mora poštivati tako da pojedinim znanostima ili umijećima prizna njihove vlastite metode. Stoga se metodičko istraživanje ni u jednoj struci, ako se vrši doista znanstveno i po moralnim načelima, nikad neće stvarno protiviti vjeri, jer profane i vjerske realnosti imaju izvor u istome Bogu.⁶ Štoviše, onaj koji nastoji ponizno i ustrajno prodrijeti u tajnu stvari, njega, a da toga i nije svjestan, kao da vodi ruka Boga, koji uzdržava sva bića i čini da budu ono što jesu. Neka nam zato bude slobodno požaliti neke stavove, kojih je nekada bilo i među samim kršćanima zbog toga što nisu dovoljno shvatili oprav-

satis perspectam legitimam scientiae autonomiam, non defuerunt et, contentionibus controversiisque exinde suscitatis, plurimum animos eo perduxerunt ut fidem et scientiam inter se opponi censerent.⁷

At si verbis *rerum temporalium autonomia* intelligitur res creatas a Deo non pendere, eisque hominem sic uti posse ut easdem ad Creatorem non referat, nemo qui Deum agnoscit non sentit quam falsa huiusmodi placita sint. Creatura enim sine Creatore evanescit. Ceterum, omnes credentes, cuiuscumque sint religionis, vocem et manifestationem Eius in creaturarum loquela semper audierunt. Immo, per oblivionem Dei ipsa creatura obscuratur.

37. (*De humana navitate a peccato corrupta*). Sacra vero Scriptura, cui saeculorum consentit experientia, humanam familiam edocet progressum humanum, qui magnum hominis bonum est, magnam tamen tentationem secumferre: ordine enim valorum turbato et malo cum bono permixto, singuli homines ac coetus solummodo quae propria sunt considerant, non vero aliorum. Quo fit ut mundus non iam spatium verae fraternitatis exsistat, dum aucta humanitatis potentia iam ipsum genus humanum destruere minatur.

Universam enim hominum historiam ardua colluctatio contra potestates tenebrarum pervadit, quae inde ab origine mundi incepta, usque ad ultimum diem, dicente Domino,⁸ perseverabit. In hanc pugnam insertus, homo ut bono adhaereat iugiter certare debet, nec sine magnis laboribus, Dei gratia adiuvante, in seipso unitatem obtinere valet.

Quapropter Ecclesia Christi, Creatoris consilio fidens, dum agnoscit progressum humanum verae hominum felicitati inservire posse, non potest tamen quin illud Apostoli resonare faciat: »Nolite conformari huic saeculo« (Rom. 12, 2), illi scilicet vanitatis et malitiae spiritui qui humanam navitatem, ad servitium Dei et hominis ordinatam, in instrumentum peccati transmutat.

Si quis ergo quaerit, qua ratione miseria illa superari possit, christiani profitentur, omnes hominis navitates, quae per superbiam et inordinatum sui ipsius amorem cotidie in discrimine versantur, Christi eruce et resurrectione purificandas et ad perfectionem deducendas esse. A Christo enim redemptus et in Spiritu Sancto nova creatura effectus, homo ipsas res a Deo creatas amare potest et debet. A Deo enim illas accipit et quasi de manu Dei fluentes respicit et reveretur. Pro illis Benefactori gratias agens et in paupertate et libertate spiritus creaturis utens ac fruens, in veram mundi possessionem introducit, tamquam nihil habens et omnia possidens.^B »Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Deus (1 Cor. 3, 22-23).

danu autonomiju znanosti. Ti su stavovi, postavši izvorom napetosti i sukoba, mnoge duhove doveli do toga da smatraju da se vjera i znanost protive jedna drugoj.⁷

No ako se pod »autonomijom vremenitoga« podrazumijeva da stvorene stvari ne ovise o Bogu i da njima može čovjek raspolagati bez obzira na Stvoritelja, svatko tko vjeruje u Boga uviđa neispravnost "takova stava. Stvorenje naime bez Stvoritelja iščezava. Uostalom, svi koji vjeruju, pripadali oni bilo kojoj religiji, uvijek su čuli njegov glas i očitovanje u govoru stvorenja. Štoviše, kad je Bog zaboravljen, stvorenje postaje neshvatljivo.

Ljudska djelatnost pokvarena grijehom

37. Sveto pismo a s njim i vjekovno iskustvo uči ljudsku obitelj da čovječji napredak, koji je veliko dobro za čovjeka, nosi u sebi i veliku napast. Kada se naime poremeti hijerarhija vrednota, time što je zlo ispremiješano s dobrim, pojedinci i razne skupine gledaju samo na svoje vlastite interese, a ne na interese drugih. Pa onda svijet više nije mjesto pravoga bratstva, a povećana moć čovjekova prijeti uništenjem samoga čovječanstva.

Svu ljudsku povijest prozirnije teška borba protiv moći mraka. Ta borba, koja je započela već od početka svijeta trajat će po riječi Gospodnjoj⁸ sve do posljednjega dana. Ubačen u tu borbu, čovjek se mora neprestano boriti da prione uz dobro. I jedino uz velike napore i pomoć Božje milosti može postići svoje unutarnje jedinstvo.

Zato Kristova Crkva, puna pouzdanja u Stvoriteljev plan, priznaje da ljudski napredak može služiti istinskoj sreći ljudi. Ali ona ipak ne može a da ne razgllašuje onu Apostolovu: »Nemojte se prilagođivati ovom svijetu« (Rim 12, 2), to jest onom duhu taštine i zlobe koja ljudsku djelatnost, određenu da služi Bogu i čovjeku, pretvara u sredstvo grijeha.

Ako, dakle, netko zapita kako bi se moglo svladati to bijedno stanje, kršćani ispovijedaju da se sve ljudske djelatnosti što se dnevno nalaze u opasnosti zbog oholosti i neurednog sebi ljublja moraju pročišćavati i privoditi k savršenstvu Kristovim križem i uskrsnućem. Čovjek, kojega je Krist otkupio i učinio novim stvorenjem u Duhu Svetome, može i mora ljubiti stvari koje je sam Bog stvorio. Ta od Boga ih prima, na njih gleda i poštuje ih kao da upravo izlaze iz Božje ruke. Za njih zahvaljuje božanskom Dobročinitelju, njima se služi i uživa ih u siromaštvu i slobodi duha i tako je uveden u pravi posjed svijeta, kao onaj koji ništa nema a sve posjeduje.« »Sve je vaše, a vi ste Kristovi, a Krist je Božji« (1 Kor 3, 22—23).

38. (*De humana navitate in paschali mysterio ad perfectionem adducta*). Verbum enim Dei, per quod omnia facta sunt, Ipsum caro factum et in hominum terra habitans,¹⁰ perfectus homo in historiam mundi intravit, eam in Se assumens et recapitulans.¹¹ Ipse nobis revelat, »quoniam Deus caritas est« (1 Io. 4, 8), simulque nos docet legem fundamentalem perfectionis humanae, ac proinde transformationis mundi, novum dilectionis esse mandatum. Eos igitur, qui divinae credunt caritati, certos facit, viam dilectionis omnibus hominibus aperiri et conamen fraternitatem universalem instaurandi non esse inane. Simul monet, hanc caritatem non in solis magnis rebus sectandam esse, sed et imprimis in ordinariis vitae adiunctis. Pro nobis omnibus peccatoribus mortem sustinens,¹² suo exemplo nos docet erucem etiam baiulandam esse, quam caro et mundus pacera et iustitiam sectantium humeris imponunt. Sua resurrectione Dominus constitutus, Christus, cui omnis potestas in caelo et in terra data est,¹⁸ per virtutem Spiritus Sui in cordibus hominum iam operator, non solum venturi saeculi desiderium suscitans, sed eo ipso illa etiam generosa vota animans, purificans et roborans, quibus familia humana suam ipsius vitam humaniorem reddere et totam terram huic fini subiicere satagit. Diversa autem sunt Spiritus dona: dum alios vocat ut caelestis habitationis desiderio manifestum testimonium reddant illudque in humana familia vividum conservent, alios vocat ut terreno hominum servitio se dedificent, hoc suo ministerio materiam regni caelestis parantes. Omnes tamen liberat ut, proprio amore abnegato omnibusque terrenis viribus in vitam humanam assumptis, ad futura se extendant, quando humanitas ipsa fiet oblatio accepta Deo.¹⁴

Cuius spei arrham et itineris viaticum Dominus suis reliquit in illo sacramento fidei, in quo naturae elementa, ab hominibus exulta, in Corpus et Sanguinem gloriosum convertuntur, coena communionis fraternae et caelestis convivii praelibatione.

39. (*Terra nova et caelum novum*). Terrae ac humanitatis consummandae tempus ignoramus,¹⁵ nec universi transformandi modum novimus. Transit quidem figura huius mundi per peccatum deformata,¹⁶ sed docemur Deum novam habitationem novamque terram parare in qua iustitia habitat,¹⁷ et cuius beatitudo omnia pacis desideria, quae in cordibus hominum ascendunt, implebit ac superabit.¹⁸ Tunc, morte devota, filii Dei in Christo resuscitabuntur, et id quod seminatum fuit in infirmitate ac corruptione, incorruptionem induet,¹⁹ et, manente caritate eiusque opere,²⁰ a servitute vanitatis liberabitur tota creatura illa,²¹ quam Deus propter hominem creavit.

Ljudska djelatnost dovedena do savršenstva u pashalnom misteriju

38. Riječ Božja, po kojoj je sve postalo i koja je sama postala tijelom i prebivala na ljudskoj zemlji,¹⁰ ušla je kao savršen čovjek u povijest svijeta i u sebi rekapitulirala.¹¹ On nam objavljuje »da je Bog ljubav« (1 Iv 4, 8) i ujedno nas uči da je nova zapovijed lju bavi osnovni zakon ljudskog savršenstva pa, prema tome, i pre obrazbe svijeta. Tako onima koji vjeruju u božansku ljubav donosi sigurnost da je svim ljudima otvoren put ljubavi i da nije uzaludno nastojanje da se ostvari opće bratstvo. Također opominje da se ta ljubav treba vršiti ne samo u velikim stvarima nego, i to u prvom redu, u redovitim životnim prilikama. Podnijeвши smrt za sve nas grešnike,¹² svojim nas primjerom uči da i mi trebamo nositi križ što ga tijelo i svijet stavljaju na leđa onih koji idu za mirom i prav dom. Krist, koji je svojim uskrsnućem postavljen za Gospodina i kome je dana sva vlast na nebu i na zemlji,¹³ snagom svoga Duha već djeluje u srcima ljudi. U njima ne budi samo želju za budućim vijekom nego također samim time nadahnjuje, pročišćuje i učvršćuje ona velikodušna nastojanja kojima se ljudska obitelj trudi da poboljša životne uvjete i da tom cilju podloži svu zemlju. A darovi su Duha različiti: dok jedne poziva da otvoreno svjedoče o svojoj želji za nebeskim obitavalištem i da živim čuvaju to svjedočanstvo u ljudskoj obitelji, druge zove da se posvete zemaljskom služenju ljudima pri premajući tom službom građu za nebesko kraljevstvo. On ipak sve oslobađa, da se, pošto su se odrekli samoljublja i navrnuli ljudskom životu, na službu sve zemaljske energije, vinu prema onoj budućnosti kada će samo čovječanstvo postati ugodan prinos Bogu.^{1*}

Gospodin je svojim ostavio zalog te nade i popudbinu toga putovanja: sakramenat vjere u kojem se plodovi prirode što ih je čovjek uzgojio pretvaraju u njegovo slavno Tijelo i Krv. To je večera bratskog zajedništva, anticipacija nebeske gozbe.

Nova zemlja i novo nebo

39. Nepoznato nam je vrijeme dovršenja zemlje i čovječanstva,¹⁵ a ne znamo ni način preobrazbe svemira. Prolazi, doduše, vanjski lik ovoga svijeta, izobličen grijehom.¹⁶ No poučeni smo da Bog sprema novi stan i novu zemlju u kojima će vladati pravednost¹⁷ i gdje će blaženstvo ispuniti i nadvisiti sve želje za mirom što se rađaju u ljudskom srcu.¹⁸ Tada, pošto smrt bude pobijeđena, sinovi će Božj biti u Kristu uskrišeni, i ono što je bilo sijano u slabosti i raspadlji vosti obući će neraspadljivost,¹⁹ ostat će ljubav i njezina djela,^{2*} i od ropstva prolaznosti oslobodit će se sva stvorenja²¹ što ih je Bog stvorio radi čovjeka.

Monemur sane nihil prodesse homini, si universum mundum lucretur, seipsum autem perdat.²² Exspectatio tamen novae terrae extenuare non debet, sed potius excitare, sollicitudinem hanc terram excolendi, ubi Corpus illud novae familiae humanae crescit quod aliqualem novi saeculi adumbrationem iam praebere valet. Ideo, licet progressus terrenus a Regni Christi augmento sedulo distinguendus sit, in quantum tamen ad societatem humanam melius ordinandam conferre potest, Regni Dei magnopere interest.²³

Bona enim humanae dignitatis, communionis fraternae et libertatis, hos omnes scilicet bonos naturae ac industriae nostrae fruetur, postquam in Spiritu Domini et iuxta Eius mandatum in terris propagaverimus, postea denuo inveniemus, mundata tamen ab orani sorde, illuminata ac transfigurata, cum Christus Patri reddet regnum aeternum et universale: »regnum veritatis et vitae, regnum sanitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis.«²⁴ His in terris Regnum iam in investigio adest; adveniente autem Domino consummabitur.

Caput IV DE MUNERE ECCLESIAE

IN MUNDO HUIUS TEMPORIS

40. (*De Ecclesiae et mundi mutua relatione*). Omnia quae a nobis dicta sunt de dignitate personae humanae, de hominum communitate, de profundo sensu navitatis humanae, fundamentum relationis Ecclesiam inter et mundum necnon basis eorum mutui dialogi¹ constituunt. Ideo in hoc capite, omnibus praesuppositis ab hoc Concilio de mysterio Ecclesiae iam edictis, eadem Ecclesia nunc consideranda venit prout ipsa, in hoc mundo existit et cum eo vivit atque agit.

Procedens ex amore Patris aeterni,² in tempore fundata a Christo Redemptore, coadunata in Spiritu Sancto,⁸ Ecclesia finem salutarem et eschatologicum habet, qui non nisi in futuro saeculo plene attingi potest. Ipsa autem iam hic in terris adest, ex hominibus collecta, terrestris nempe civitatis membris quae ad hoc vocantur ut iam in generis humani historia familiam filiorum Dei, usque ad adventum Domini semper augendam, efforment. Unita quidem propter bona caelestia iisque ditata, haec familia a Christo »in hoc mundo ut societas constituta et ordinata«⁴ est, atque »aptis mediis unionis visibilis et socialis«⁵ instrueta. Ita Ecclesia, insimul »coetus adspectabilis et communitas spiritualis«⁸ una cum tota humanitate incedit eandemque cum mundo sortem terrenam experitur, ac tamquam fermentum et veluti anima societatis humanae⁷ in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae existit.

Opomenuti smo, doduše, da čovjeku ništa ne koristi ako čitav svijet zadobije a sam sebe izgubi.²⁸ No iščekivanje nove zemlje nipošto ne smije oslabiti, nego dapače razbuditi u nama brigu za izgradnjom ove zemlje gdje raste ono Tijelo nove ljudske obitelji, koje već može pružiti neku sliku novog svijeta. Stoga, iako treba dobro razlikovati ovozemni napredak od porasta Kristova kraljevstva, ipak je taj napredak, ukoliko može pridonijeti boljem uređenju ljudskog društva, od velike važnosti za Božje kraljevstvo.²⁸

Vrednote čovječjeg dostojanstva, bratskog zajedništva i slobode, sve te dobre plodove prirode i našega truda koje budemo po Gospodinoj zapovijedi i u njegovu Duhu na zemlji razmnožili, naći ćemo poslije opet, ali očišćene od svake ljage, prosvijetljene i preobražene, kada Krist bude predao Ocu vječno i sveopće kraljevstvo: »kraljevstvo istine i života, kraljevstvo svetosti i milosti, kraljevstvo pravde, ljubavi i mira«.²⁴ Ovdje na zemlji Kraljevstvo je već otajstveno prisutno; a kada dođe Gospodin dovršit će se.

IV glava ZADAĆA CRKVE

U SUVREMENOM SVIJETU

Međusobni odnosi Crkve i svijeta

40. Sto smo rekli o dostojanstvu ljudske osobe, o ljudskoj zajednici i o dubokom značenju ljudske djelatnosti, sve je to temelj odnosa između Crkve i svijeta i baza za njihov međusobni dijalog.¹ Pretpostavivši stoga sve ono što je ovaj Koncil već izrekao o misteriju Crkve, treba da u ovom poglavlju promotrimo tu Crkvu ukoliko je ona prisutna u ovome svijetu te s njime i živi i radi.

Proizišavši iz ljubavi vječnog Oca,² u vremenu utemeljena od Krista Otkupitelja, okupljena u Duhu Svetom,⁸ Crkva ima cilj koji je spasiteljski i eshatološki, koji se može potpuno postići samo u budućem vijeku. No ona je već tu na zemlji prisutna, sabrana iz ljudi, članova zemaljskoga grada, koji su pozvani da već tokom povijesti čovječanstva tvore obitelj sinova Božjih, koja treba da neprestano raste do dolaska Gospodinova. Krist je tu obitelj — ujedinjenu, istina, radi nebeskih dobara i njima obdarenu — »sazdao i uredio na ovome svijetu kao društvo«* i opskrbio je »prikladnim sredstvima vidljivog i društvenog jedinstva«.⁵ Tako Crkva, koja je ujedno »vidljivi skup i duhovna zajednica«,⁴ hoda zajedno s čitavim čovječanstvom i sa svijetom proživljava istu zemaljsku sudbinu; ona je kao kvasac i takoreći duša ljudskog društva,⁷ koje ima da se u Kristu obnovi i preobrazi u Božju obitelj.

Haec quidem terrestris et caelestis civitatis compenetratio non nisi fide percipi potest, immo mysterium manet historiae humanae, quae usque ad plenam revelationem claritatis filiorum Dei peccato perturbatur. Ecclesia quidem, proprium suum finem salutarem persequens, non solum vitam divinam cum homine communicat, sed etiam lumen eius reperiendum quodammodo super universum mundum fundit, potissimum per hoc quod personae humanae dignitatem sanat et elevat, humanae societatis compaginem firmat, atque cotidianam hominum navitatem profundiori sensu et significatione imbuunt. Ita Ecclesia per singula sua membra et totam suam communitatem munda se conferre posse credit ad hominum familiam eiusque historiam humaniorem reddendam.

Libenter insuper Ecclesia Catholica ea magni aestimat quae ad idem munus adimplendum aliae Ecclesiae christianae vel communitates ecclesiasticae socia opera contulerunt ac conferunt. Simul sibi firmiter persuasum habet se multum varioque modo a mundo, sive a singulis hominibus sive ab humana societate, eorum dotibus ac navitate, in praeparatione Evangelii iuvare posse. Mutui huius commercii atque adiutorii, in illis quae Ecclesiae et mundo quodammodo sunt communia, rite promovendi, principia quaedam generalia exponuntur.

41. (*De adiutorio quod Ecclesia singulis hominibus praestare satagit*). Homo hodiernus in via est ad personalitatem suam plenius evolvendam iuraque sua in dies magis detegenda et affirmanda. Cum autem Ecclesiae concreditum sit manifestare mysterium Dei, qui est ultimus finis hominis, ipsa homini simul aperit sensum propriae eius existentiae, intimam scilicet de homine veritatem. Vere novit Ecclesia solum Deum, cui ipsa inservit, iprofundissimis respondere desideriis humani cordis, quod nutrimentis terrestribus numquam plene satiatur. Novit praeterea hominem, incessanter a Spiritu Dei incitatum, numquam circa problema religionis prorsus indifferentem fore, sicut non solum experientia saeculorum anteaetorum, sed multiplici etiam testimonio nostrorum temporum comprobatur. Semper enim homo scire desiderabit, saltem confuse, quae sit significatio suae vitae, suae navitatis ac suae mortis. Ipsa praesentia Ecclesiae haec problemata in eius mentem revocat. Solus autem Deus, qui hominem ad imaginem suam creavit atque a peccato redemit, his quaestionibus plenissimum responsum praebet, idque per revelationem in Filio suo qui homo factus est. Quicumque Christum sequitur, hominem perfectum, et ipse magis homo fit.

Ex hac fide Ecclesia dignitatem naturae humanae omnibus opinionum mutationibus subtrahere potest, quae, exempli gratia, corpus humanum aut nimis deprimunt aut immoderate extollunt. Nulla lege humana personalis dignitas atque libertas hominis tam apte in tuto

To pak uzajamno prožimanje zemaljskoga i nebeskoga grada samo se po vjeri može shvatiti. Dapače, ono ostaje misterij ljudske povijesti, koju grijeh smućuje sve dok se potpuno ne objavi slava sinova Božjih. Ali Crkva, idući za svojim spasonosnim ciljem, ne posreduje čovjeku samo božanski život nego odsijeva također, i to na čitavi svijet, svjetlo koje je odraz tog života, osobito time što liječi i uzdiže dostojanstvo ljudske osobe, učvršćuje povezanost ljudskog društva te daje dublji smisao i uzvišenije značenje svakidašnjem čovječjem djelovanju. Tako Crkva vjeruje da preko svojih pojedinih članova i po čitavoj svojoj zajednici može mnogo pridonijeti da ljudsku obitelj i njezinu povijest učini čovječnijom.

Osim toga katolička Crkva rado i mnogo cijeni ono što su druge kršćanske Crkve ih* crkvene zajednice zajedničkim nastojanjem pri donijele ili što pridonose u ostvarenju tog istog cilja. Ujedno je čvrsto uvjerena da joj svijet, pojedinci i društvo, svojim sposobnošću i djelatnošću mogu mnogo i na razne načine pomoći u pripremanju putova za Evandjelje. Ovdje ćemo iznijeti neka općenita načela kako da se ispravno promiču ovi međusobni uzajamni odnosi i uzajamno pomaganje na područjima koja su im na neki način zajednička.

Pomoć koju Crkva ieli pružiti pojedincima

41. Današnji je-čovjek na putu k potpunijem razvoju svoje osobnosti i sve većeg otkrivanja i utvrđivanja svojih prava. Crkva, kojoj je povjereno da objavi misterij Boga, koji je konačna svrha čovjekova[^] otkriva ujedno čovjeku smisao njegove vlastite egzistencije, to jest najdublju istinu o čovjeku. Crkva dobro zna da samo Bog, kome ona služi, odgovara najdubljim željama ljudskoga srca, koje nikada ne mogu potpuno zasititi zemaljska dobra; Ona zna također da čovjek, neprestano potican od Duha Božjega, neće nikada biti sasvim ravnodušan prema problemu religije, kao što to potvrđuje ne samo iskustvo prošlih stoljeća nego i mnogostruka svjedočanstva našega vremena, čovjek će naime uvijek željeti da makar i nejasno sazrc koje je značenje njegova života, njegove djelatnosti i njegove smrti. Već sama prisutnost Crkve dozivlje mu u pamet ta'pitanja. No jedino Bog, koji je stvorio Čovjeka na svoju sliku i od grijeha otkupio,, može u potpunosti odgovoriti na njih. On to čini objavom u Kristu, svome Sinu, koji je postao čovjekom. Tko god slijedi Krista, saviše-nog čovjeka, i sam postaje više čovjekom.

Iz te vjere Crkva može očuvati dostojanstvo ljudske naravi od svih promjenljivih mišljenja koja, na primjer, čovječje tijelo previše ponizuju ili ga previše uzdižu. Nikakav ljudski zakon ne može tako osigurati osobno dostojanstvo i slobodu čovjeka kao što to može

coilocari possunt quam Jivangelio Christi Ecclesiae concredito. Hoc enim Evangelium libertatem filiorum Dei annuntiat et prociamat, omnem servitutem ex peccato ultimam fluentem respuit, « dignitatem conscientiae eiusque liberam- decisionem sancte veretur, omnia talenta humana in Dei servitium horainumque bonum reduplicare indesinenter mohet, omnes denique omnium commendans caritati.⁹ Quod legi fundamentali oeconomiae christianae correspondet. Etsi enim idem Deus sit Salvator qui et Creator, ideni quoque Dominus et historiae humanae et historiae salutis, tamen in hoc ipso ordine divino iusta creaturae autonomia et praesertim hominis nedum auferatur, potius in suam dignitatem restituitur atque in ipsa firmatur.

Ecclesia ergo, vi Evangelii sibi conerediti, iura hominum prodat et hodierni temporis dvnamismum, quo haec iura undique promoventur, agnoscit et magni aestimat. Qui motus tamen spiritu Evangelii imbuendus et adversus omnem spem falsae autonomiae tutandus est. Tentationi enim subiicimur, iudicandi nostra iura personalia tunc tantum plene servari, cum ab omni norma Legis divinae solvimur. Hac autem via, personae humanae dignitas, nedum salvetur, potius perit.

42. (De adiutorio quod Ecclesia societati humanae afferre satagit), Unio familiae humanae unitate familiae filiorum Dei in Christo fundata¹⁰ multum roboratur et completur.

Missio quidem propria, quam Christus Ecclesiae suae coneredidit, non est ordinis politici, oeconomici vd socialis: finis enim quem ei praefuit ordinis religiosi¹¹ est. At sane ex hac ipsa missione religiosa munus, lux et vires fluunt quae communitati hominum secundum Legem divinam constituendae et firmandae inservire possunt. Item, ubi opus fuerit, secundum temporum et locorum circumstantias, et ipsa suscitare potest, immo et debet, opera in servitium omnium, praesertim vero egentium destinata, uti opera misericordiae vd alia huiusmodi.

Ecclesia insuper agnoscit quidquid boni in dynamismo sociali hodierno invenitur: praesertim evolutionem versus unitatem, processum sanae socializationis et consociationis civilis et oeconomicae. Promotio enim unitatis cum intima Ecclesiae missione cohaeret, cum ipsa sit »in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis«. ¹¹ Ita ipsa mundo ostendit veram unionem sociale externam ex unione mentium et cordium fluere, ex illa scilicet fide et caritate, quibus in Spiritu Sancto eius unitas indissolubiliter condita est. Vis enim, quam Ecclesia hodiernae hominum societati iniicere valet, in illa fide et caritate, ad effectum vitae adductis, consistit, non autem in dominio aliquo externo mediis mere humanis exercendo.

Kristovo Evanđelje koje je Crkvi povjereno. To naime Evanđelje navješćuje i proglašuje slobodu djece Božje, odbacuje svako ropstvo koje konačno proizlazi iz grijeha,⁸ sveto poštuje dostojanstvo savjesti i njezinu slobodnu odluku, neprestano opominje da se svi ljudski talenti podvostruče na službu Božju i na dobro ljudi, te konačno svakog čovjeka preporučuje ljubavi sviju.⁹ Sve to odgovara temeljnom zakonu kršćanske Ekonomije spasenja. Iako je, naime, isti Bog i Spasitelj i Stvoritelj, Gospodar i povijesti čovječanstva i povijesti spasenja, ipak se u tom istom božanskom redu ne samo ne oduzima opravdana autonomija stvorenja, a pogotovu čovjeka, nego se dapače obnavlja na svoje dostojanstvo i u njemu se učvršćuje.

Snagom, dakle, Evanđelja, koje joj je povjereno, Crkva proglašuje čovječja prava te priznaje i uvelike cijeni dinamizam kojim se u današnje vrijeme ta prava posvuda promiču. Ipak to gibanje treba da se prožme evanđeoskim duhom te da se zaštiti protiv svake vrste lažne autonomije. Izloženi smo, naime, napasti da smatramo kako su naša osobna prava samo tada potpuno sačuvana kad smo oslobođeni od svake norme božanskoga zakona. No tim se putem dostojanstvo ljudske Osobe nikako ne spašava, nego dapače gubi.

Pomoć koju se Crkva trudi dati ljudskom društvu

42. Jedinstvo ljudske obitelji mnogo se učvršćuje, i upotpunjuje jedinstvom obitelji djece Božje, koja je utemeljena na Kristu.¹⁰

Doduše, misija koju je Krist povjerio svojoj Crkvi kao njoj vlastitu, nije niti političkog, niti ekonomskog, niti socijalnog reda: svrha, naime, koju joj je odredio, religioznoga je reda." Ali upravo iz te religiozne misije izvire zadaci, svjetlo i sile koje mogu poslužiti da se ljudska zajednica izgradi i učvrsti po Božjem zakonu. Isto tako, gdje je potrebno, već prema prilikama vremena i mjesta, i sama Crkva može, dapače i mora, promicati djela koja su određena da služe svima, napose siromašnima, kao što su djela milosrđa ili druga djela te vrste.

Crkva, nadalje, priznaje što god ima dobroga u suvremenom društvenom dinamizmu: napose razvoj prema jedinstvu, proces zdrave socijalizacije i građanskog i ekonomskog udruživanja. Promicanje jedinstva povezano je s najdubljom misijom Crkve, budući da je ona »u Kristu kao sakrament ili znak i sredstvo najužeg sjedinjenja s Bogom i jedinstva svega čovječanstva.«¹² Tako Crkva pokazuje svijetu da pravo vidljivo socijalno jedinstvo izvire iz jedinstva duša i srdaca, to jest iz one vjere i ljubavi na kojima je, u Duhu Svetome, njezino jedinstvo nerazrješivo sazdano. Snaga, naime, koju Crkva može unijeti u današnje ljudsko društvo jest ona vjera i ljubav koje se oživotvoruju, a ne u nekom izvanjskom gospodstvu koje bi se vršilo čisto, ljudskim sredstvima.

Cum insuper vi suae missionis et naturae ad nullam alligetur particularem culturae humanae formam aut systema politicum, economicum vel sociale, Ecclesia ex hac sua universalitate ligamen arctissimum inter diversas hominum communitates et nationes existere potest, dummodo ipsae ei fidant eiusque veram libertatem ad hanc suam missionem adimplendam reapse agnoscant. Qua de causa Ecclesia filios suos, sed etiam omnes homines monet, ut in hoc familiari spiritu filiorum Dei, omnes dissensiones inter nationes et stirpes superent et iustis associationibus humanis internam firmitatem praebant.

Quaecumque igitur vera, bona, iustaque inveniuntur in diversissimis institutionibus, quae genus humanum sibi condidit incessanterque condit, Jjadem Concilium magna cum reverentia considerat. Declarat insuper Ecclesiam omnes tales institutiones adjuvare et promovere velle, quatenus hoc ab ea dependet et cum eius missione coniungi potest. Ipsa nihil ardentius desiderat quam ut omnium bono inserviens, se libere sub quovis regimine evolvere possit, quod iura fundamentalia personae ac familiae et boni communis necessitates agnoscat.

43. (*De adiutorio quod Ecclesia per christianos navitati humanae conferre satagit*). Concilium christianos, cives utriusque civitatis, adhortatur ut sua terrestria officia fideliter implere studeant, idque spiritu Evangelii ducti. A veritate discedunt qui, scientes nos non habere hic manentem civitatem sed futuram inquirere,¹³ putem se proinde officia sua terrestria negligere posse, non attendentes se per ipsam fidem ad eadem implenda magis teneri, secundum vocationem qua quisque vocatus est.¹⁴ At non minus errant qui, e contrario, opinantur se ita seipsos negotiis terrestribus immergere posse, quasi ista omnino aliena sint a vita religiosa, quippe quia ipsam in solius cultus actibus et officiis quibusdam moralibus implendis consistere arbitrentur. Discidium illud inter fidem quam profitentur et vitam quotidianam multorum, inter graviores nostri temporis errores recensendum est. Scandalum hoc iam in Vetere Testamento Prophetarum vehementer redarguebant¹⁵ et multo magis in Novo Testamento ipse Iesus Christus gravibus poenis minabatur.¹⁶ Ne igitur perperam inter se opponantur activitates professionales et sociales ex una parte, vita religiosa ex altera. Christianus, officia sua temporalia negligens, officia sua erga proximum, immo et ipsum Deum negligit suamque aeternam salutem in discrimen adducit. Gaudeant potius christiani, exemplum Christi secuti, qui fabrilem artem exercuit, se omnes suas navitates terrestres exercere posse, conatus humanos, domesticos, professionales, scientificos vel technicos in unam synthesim vitalem cum bonis reli-

Osim toga Crkva po svojem poslanju -i po svojoj naravi nije vezana ni uz koji posebni oblik ljudske kulture, niti uz bilo koji politički, ekonomski ili društveni sistem. I zato baš ona može biti, uslijed te svoje univerzalnosti, veoma uska veza među različitim ljudskim zajednicama i državama, samo ako se one pouzdaju u nju i ako joj stvarno priznaju istinsku slobodu da može izvršavati to svoje poslanje. Stoga Crkva opominje svoje sinove, pa i sve ljude, da u tom obiteljskom duhu sinova Božjih prevladaju sve razdore među narodima i rasama te da iznutra daju čvrstoću legitimnim ljudskim udruženjima.

Sto god dakle ima istinito, dobro i pravedno u najrazličikijim ustanovama što ih je čovječanstvo osnovalo i neprestano ih osniva, sve to Koncil promatra s velikim poštivanjem. Osim toga on izjavljuje da Crkva želi pomagati i promicati sve te ustanove koliko to o njoj ovisi i ukoliko je to spojivo s njezinom misijom. Ona ništa ne želi žarče nego da se na korist svih može slobodno razvijati pod bilo kojim političkim režimom koji poštuje osnovna prava osobe, obitelji i priznaje zahtjeve općega dobra.

Pomoć koju se Crkva trudi pružiti ljudskoj djelatnosti preko krUana

Iustitia et aequitas item requirunt ut mobilitas, quae in progredi-entibus rebus oeconomicis necessaria est, ita ordinetur, ne vita hominum singulorum eorumque familiarum incerta et praecaria fiat. Erga opifices vero, qui ex alia natione vel regione oriundi, ad promotionem oeconomicam populi vel provinciae labore suo conferunt, quaevis discriminatio quoad condiciones remunerationis vel laboris sedulo vitanda est. Insuper universi, imprimis publicae potestates, illos non simpliciter veluti mera productionis instrumenta sed ut personas habere debent, eosque adiuvare ut familiam suam apud se accessere et decentem habitationem sibi providere possint, atque «orum insertioni in vitam sociale[m] populi vel regionis recipientis favere. Attamen, quantum fieri potest, in propriis regionibus fontes laboris creentur.

In rebus oeconomicis hodie mutationi obnoxiiis uti in novis societatis industrialis formis in quibus e. g. automatio progreditur, curandum est ut labor sufficiens et unicuique conveniens, simul ac possibilitas congruae formationis technicae et professionalis praebeatur, et in tuto collocentur victus atque dignitas humana eorum praesertim qui ob morbiim vel aetatem gravioribus laborant difficultatibus.

Uostalom, neka se sjetite građani da imaju i pravo i dužnost — a to treba da im prizna i javna vlast — da prema svojim mogućnostima doprinesu pravom napretku svoje zajednice. Osobito u zemljama u razvoju, gdje neodgodivo treba upotrijebiti sva raspoloživa sredstva, oni koji svoja bogatstva države neiskorištena teško ugrožavaju opće dobro. Isto vrijedi i za one koji — izuzevši osobno pravo na iseljenje — lišavaju svoju zajednicu bilo materijalnih bilo duhovnih sredstava koja su joj potrebna.

Treba ukloniti goleme privredno-društvene nejednakosti

h ■-

661\J)a se uzmogne udovoljiti zahtjevima pravde i pravičnosti treba se živo založiti da se poštivanjem osobnih^{^^y} ijWas[^]tosti svakog naroda što brže uklonimo[^]ojeme eJEo[^]msk[^] n[^]jeHn[^]oosti koje su povezane s individualnom i socijalnom diskriminacijom koje danas postoje a često se povećavaju. Isto tako treba u mnogim krajevima, zbog posebnih poteškoća poljoprivrede bilo u proizvodnji bilo u prodaji dobara, pomoći seljacima da se poveća proizvodnja i prodaja, da se provedu nužne promjene i modernizacije i da se postigne pravičan dohodak. U protivnom će seljaci ostati, kako se to često događa, građani drugog jreda. Ti pak poljodjelci, osobito mladići neka marljivo rade na tome da poboljšaju svoju stručnu spremu, bez čega ne može biti napretka u poljoprivredi.« j

Pravda i pravičnost također zahtijevaju da promjenljivost koja je nužna za ekonomiju u razvoju bude uređena tako da se izbjegne neizvjestan i ugrožen život pojedinaca i njihovih obitelji, što se tiče radnika koji dolaze iz drugih naroda ili zemalja a koji svojim radom pridonose ekonomskom razvoju nekog naroda ili kraja, valja se brižno čuvati svake diskriminacije u naplaćivanju ili uvjetima rada. Osim toga treba da ih svi, a napose javne vlasti, ne drže pukim sredstvima proizvodnje, nego osobama i pomognu im da dovedu k sebi svoju obitelj i da si pribave pristojan stan te da se zalažu za njihovo uključivanje u društveni život naroda ili kraja koji ih prima. No ipak, koliko je moguće, neka se izvori rada stvaraju u njihovim krajevima.

U današnjim ekonomskim previranjima kao i u novim oblicima industrijskog društva, u kojima se, na primjer, sve više primjenjuje automacija, treba se pobrinuti da se svakome osigura dostatno i prikladno zaposlenje kao i mogućnost odgovarajuće tehničke i stručne spreme. Moraju se također zajamčiti sredstva za život i ljudsko dostojanstvo onih koji se, osobito zbog bolesti ili starosti, nalaze u većim, teškoćama.

Sectio 2

DE QUIBUSDAM PRINCIPIIS TOTAM VITAM OECONOMICAM-SOCIALEM REGENTIBUS

7. (*De labore eiusque condicionibus atque de otio*). Labor humanus, qui in bonis gignendis ac commutandis vel in vervitiis oeconomicis suppeditandis exercetur, ceteris elementis vitae oeconomicae praestat, quippe quae tantum rationem instrumentorum habeant.

Hic enim labor, sive proprio Marte assumatur sive ab alio conducatur, a persona immediate procedit, quae res naturae quasi suo sigillo signat easque suae voluntati submittit. Labore suo, homo ordinarie suam suorumque vitam sustentat, cum fratribus suis coniungitur eisque inservit, germanam caritatem exercere potest atque creationi divinae perfidendae sodam operam praebere. Immo, per laborem Deo oblatum, tenemus hominem ipsi redemptionis operi Iesu Christi consodari, qui praecellentem labori detulit dignitatem, cum in Nazareth propriis manibus operaretur. Exinde oritur pro unoquoque officium fideliter laborandi atque etiam ius ad laborem; societatis vero est, iuxta adiuncta in ea vigentia, pro sua parte cives adiuvari ut sufficientis laboris occasionem invenire possint. Denique ita remunerandus est labor ut homini facultates praebeantur suam suorumque vitam materiale, sociale, culturale spiritualeque digne excolendi, spectatis uniuscuiusque munere et productivitate necnon officinae conditionibus et bono communi.«

Cum habitus oeconomicus plerumque consociato hominum labore fiat, iniquum et inhumanum est illam ita componere et ordinare ut quibusvis laborantibus detrimento sit. Saepius autem accidit, etiam nostris diebus, ut opus fidentes quodammodo in servitutem proprii operis redigantur. Quod sic dictis legibus oeconomicis nequaquam iustificatur. Universus igitur fructuosi laboris processus necessitatibus personae eiusque vitae vivendi rationibus accommodandus est; imprimis eius vitae domesticae, praesertim quod ad matrem familiae spectat, respectu semper habito et sexus et aetatis. Laborantibus praebeatur insuper facultas proprias qualitates personamque suam in ipso laboris exercitio applicandi. Huic exercitio tempus viresque suas debita cum responsabilitate applicantes, tamen ad vitam familiarem, culturale, sociale et religiosam colendam etiam sufficienti quiete et otio omnes gaudeant. Immo opportunitatem habeant vires ac potentias libere evolendi, quas fortasse in labore professionali parum excolere valent.

68. (*De participatione in inceptis et in universa rei oeconomicae dispositione, et de conflictibus in labore*). In inceptis oeconomicis personae consociantur, homines scilicet liberi et sui iuris, ad imagi-

2. odjeljak

NEKA NAČELA O SVEUKUPNOM SOCIJALNO-- EKONOMSKOM ŽIVOTU

Rad, radni uvjeti i slobodno vrijeme

67. Ljudski rad koji se obavlja u proizvodnji i izmjeni dobara ili na području ekonomskih usluga, ima veću vrijednost negoli ostali elementi ekonomskog života jer su ovi samo sredstva.

Taj naime rad, obavljao ga netko samostalno ili ovisno o poslodavcu, neposredno proizlazi iz osobe koja kao da predmetima utiskuje svoj pečat i podvrgava ih svojoj volji, čovjek svojim radom redovito uzdržava Život i svoj i svojih, povezuje se sa svojom braćom i služi im, može iskazivati autentičnu ljubav i dati svoj prilog dovršenju Božjeg stvaranja, štoviše, držimo da se čovjek, prikazujući Bogu svoj rad, pridružuje otkupiteljskom djelu Isusa Krista, koji je, radeći u Nazaretu vlastitim rukama, dao radu uzvišeno dostojanstvo. Iz toga proizlazi za svakoga čovjeka dužnost da savjesno radi, kao i pravo na rad. A zadaća je društva da prema konkretnim prilikama sa svoje strane pomaže građanima da uzmognu naći priliku za dostatan rad. Konačno, vodeći računa o funkciji i produktivnosti svakoga, o stanju poduzeća i o općem dobru, rad valja tako nagradivati da se čovjeku osiguraju sredstva za dostojno materijalno, društveno, kulturno i duhovno Življenje svoje i svojih.«

Budući da je ekonomska djelatnost većim dijelom plod udruženog ljudskog rada, nepravedno je i nečovječno organizirati ga i urediti tako da bude na štetu bilo kojeg radnika, češće se, međutim, događa, pa i u naše dane, da su radnici u nekom smislu robovi vlastitog rada. To se nipošto ne može opravdati tzv. ekonomskim zakonima. Treba stoga sav proces proizvodnje prilagoditi potrebama psobe i njezinim životnim odnosima, i to u prvom redu kućnoga živbta osobito što se tiče majki obitelji, imajući uvijek u vidu spol i dob. , Radnicima treba također dati mogućnost da samim radom razvijaju vlastite sposobnosti i svoju osobu. Premda u tom radu upotrebljavaju svoje vrijeme i svoje sile s dužnom odgovornošću, ipak neka svi imaju dovoljno odmora i slobodnog vremena za obiteljski, kulturni, socijalni i vjerski život. Dapače treba da imaju prilike da slobodno razvijaju svoje snage i sposobnosti, koje možda malo mogu razvijati u svom profesionalnom poslu.

Sudioništvo u poduzećima i u optem ekonomskom poslovanju. Radni sporovi

68. U privrednim se poduzećima udružuju osobe, to jest slobodni i samostalni ljudi, stvoreni na sliku Božju. Stoga, imajući na umu

nem Dei creati. Ideo, attentis muneribus uniuscuiusque, sive proprietariorum, sive conductorum operis, sive dirigentium, sive operariorum, atque salva necessaria directionis operis unitate, promoveatur, modis apte determinandis, omnium actiosa participatio in inceptorum curatione.⁷ Cum autem saepius non iam in ipso incepto, sed altius a superioris ordinis institutis de oeconomicis et sodalibus condicionibus decernatur, e quibus sors futura laborantium eorumque Uberonum pendet, etiam in his statuendis partem habeant, et quidem per seipsos vel per delegatos libere electos.

Inter fundamentalia personae humanae iura adnumerandum est ius pro laborantibus consodationes libere condendi, quae eos vere representare et ad vitam oeconomicam recto ordine disponendam conferre possint, necnon ius earum navitatem sine ultionis periculo libere participandi. Per huiusmodi ordinatam participationem, cum progrediente formatione oeconomica et sociali iunctam, in dies augetur apud omnes proprii muneris onerisque conscientia, qua ipsi eo adducantur ut, secundum capacitates aptitudinesque sibi proprias, totius operis progressionis oeconomicae et socialis necnon universi boni communis procurandi socios se sentiant.

Cum vero conflictus oeconomici-sociales oriuntur, ut ad pacificam eorum solutionem deveniatur enitendum est. Licet autem semper praepriis ad sincerum inter partes colloquium sit recurrendum, operistitium tamen, et in hodiernis adiunctis, ad propria iura defendenda et ad iusta laborantium quaesita implenda, adiumentum necessarium, etsi ultimum, manere potest. Quamprimum vero viae ad negotiationem et conciliationis colloquium resumendum quaerantur.

69. (*De bonorum terrestrium ad universos homines destinatione*). Deus terram cum omnibus quae in ea continentur in usum universorum hominum et populorum destinavit, ita ut bona creata aequa ratione ad omnes affluere debeant, iustitia duce, caritate comite.⁸ Quaecumque formae proprietatis sint, legitimis institutis populorum accommodatae, secundum diversa atque mutabilia adiuncta, ad hanc bonorum universalem destinationem semper attendendum est. Quapropter homo, illis bonis utens, res exteriores quas legitime possidet non tantum tamquam sibi proprias, sed etiam tamquam communes habere debet, eo sensu ut non sibi tantum sed etiam aliis prodesse queant. Ceterum, ius habendi partem bonorum sibi suisque familiis sufficientem omnibus competit. Ita Patres Doctoresque Ecclesiae senserunt, docentes ad pauperes sublevandos homines obligari, et quidem, non tantum ex superfluis.¹⁰ Qui autem in extrema necessitate degit, ius habet ut ex aliorum divitiis necessaria sibi procuret.¹¹ Cum tot sint in mundo fame oppressi, Sacrum Concilium omnes sive singulos sive auctoritates urget ut, illius sententiae Patrum me-

službu svakoga pojedinca — vlasnika, poduzetnika, kadrova i radnika — sačuvavši potrebno jedinstvo uprave, treba raditi na tome da svi aktivno učestvuju u upravi poduzeća i to na način koji valja prikladno odrediti.⁷ No budući da se odluke o općim ekonomskim i socijalnim uvjetima, o kojima ovisi budućnost radnika i njihove djece, vrlo često ne donose u samom poduzeću, nego u višim nadležnostima, treba da radnici sudjeluju i kod donošenja takvih odluka, bilo sami izravno, bilo putem svojih slobodno izabranih predstavnika.

Među temeljna prava ljudske osobe treba ubrojiti pravo radnikā da slobodno osnivaju udruženja koja će ih uistinu predstavljati i doprinositi da se ekonomski život ispravno organizira, kao i pravo da mogu slobodno sudjelovati u radu tih udruženja, bez opasnosti represalija. Zahvaljujući tako organiziranom sudjelovanju, povezanom s unapređenjem ekonomske i socijalne izobrazbe, kod svih će sve više rasti svijest vlastite Zadaće i -odgovornosti i tako doći do toga da će se, prema svojim vlastitim sposobnostima i darovima, osjetiti aktivnim članovima u čitavom djelu ekonomskog i socijalnog razvitka i ostvarenja općeg dobra.

U slučaju ekonomsko-socijalnih sporova, potrebno je potruditi se da se mirno nađe rješenje. Premda se uvijek valja najprije poslužiti iskrenim dijalogom među strankama, štrajk može ipak i u današnjim prilikama ostati nužno sredstvo, iako posljednje, za obranu vlastitih prava i za ostvarenje pravednih zahtjeva radnika. Ali neka se što prije potraže putovi da se opet uspostave pregovori i dijalog za izmirenje.

Zemaljska dobra namijenjena svim ljudima

69. Bog je zemlju i sve što ona sadrži namijenio svim ljudima i svim narodima, tako da bi stvorena dobra morala pritićati po pravičnosti svima, pod vodstvom pravde i ljubavi.* Ma kakvi bili oblici vlasništva, prilagođeni zakonitim institucijama pojedinih naroda, prema različitim i promjenljivim okolnostima, uvijek treba paziti na tu opću namjenu dobara. Zato čovjek, služeći se tim dobrima, ne smije nikada držati da su stvari koje zakonito posjeduje jedino njegove nego ih također treba smatrati i kao zajedničke, u tom smislu što one mogu koristiti ne samo njemu jedinome nego također i drugima.* Uostalom svima pripada pravo da posjeduju dio dobara dovoljan pojedincu i njegovoj obitelji. To je bila misao crkvenih otaca i naučitelja, koji su naučavali da su ljudi dužni pomagati siromahe, i to ne samo od svojega suviška.« A tko, se nalazi u krajnjoj nuždi ima pravo da sebi pribavi potrebno od tuđega." Budući da u svijetu ima mnogo ljudi koji trpe glad, Koncil zaklinje sve, i pojedince i vlasti, da, imajući na pameti onu otačku izreku: »Nahrani

mores: Pasce fame morientem, quia si non pavisti occidisti," pro uniuscuiusque facultate, bona sua revera communicent et impendant, praesertim illos, sive singulos sive populos, auxiliis muniendo, quibus ipsi sese adiuvare atque evolvere possint.

In societatibus oeconomice minus progressis non raro destinationi communi bonorum ex parte per consuetudines et traditiones communitati proprias satis fit, quibus unicuique membro bona prorsus necessaria praebentur. Vitandum tamen est ne consuetudines quaedam ut omnino immutabiles habeantur, si novis exigentiis huius temporis non iam respondeant; altera vero parte, ne contra honestas consuetudines imprudenter agatur quae, dummodo hodiernis adiunctis apte accommodentur, perutiles esse non desinunt. Similiter in nationibus oeconomice valde progressis, corpus quoddam sodalium Institutionum, ad cautionem et securitatem spectantium, communem bonorum destinationem pro sua parte ad actum adducere potest. Ulterius promota sunt servitia familiaria et socialia, praesertim quae animi cultui atque educationi consulunt. In his omnibus instituendis, invigilandum tamen est ne dves ad quamdam erga societatem inertiam inducantur neve suscepti officii onus reiidant et servitium repudient.

70. (*De bonorum collocationibus et de re nummaria*). Bonorum collocationes, ex sua parte, tendere debent ad occasiones laboris redditusque sufficientes tam populo hodierno quam futuro procurandos. Quicumque de his collocationibus et vitae oeconomicae ordinatione decernunt — sive singuli, sive coetus, sive auctoritates publicae —, hos fines prae oculis habere tenentur, atque gravera suam obligationem agnoscere ex Una parte invigilandi, ut necessariis ad vitam decentem requisitis, sive singulorum sive totius communitatis, provideatur, ex altera parte futura praevideendi et iustum aequilibrium constituendi inter necessitates hodiernae consumptionis, sive individualis sive collectivae, et exigentias collocandi bona pro generatione ventura. Semper etiam prae oculis habeantur urgentes nationum vel regionum oeconomice minus progressarum necessitates. In re autem monetaria caveatur ne propriae nationis necnon aliarum nationum bono offendatur. Provideatur insuper ne oeconomice debiles ex valoris pecuniae immutatione iniuste detrimentum patiantur.

71. (*De accessione ad proprietatem et dominium privatum bonorum; et de ditifundus*). Cum proprietates ac, aliae in bona exteriora domini privati formae ad expressionem personae conferant, cum insuper occasionem ei praebeant suum munus in societate et oeconomia exercendi, valde interest ut, sive singulorum sive communitatum, ad quoddam bonorum exteriorum dominium accessio foveatur.

onoga koji umire od gladi jer ako ga nisi nahranio ubio si ga«,¹⁸ prema svojim mogućnostima stvarno stave na raspolaganje i upotrijebe svoja dobra pružajući osobito onima, bilo pojedincima bilo narodima, sredstva kojima oni sami mogu sebi pomoći i razvijati se.

Cesto je u ekonomski slabije razvijenim društvima opća namjena dobara djelomično ostvarena putem običaja i tradicija koje su vlastite toj zajednici a koje svakom članu osiguravaju najnužnija dobra. Treba se ipak čuvati toga da se neki običaji smatraju nepromjenljivima ako više ne odgovaraju novim zahtjevima današnjega vremena; s druge pak strane ne smije se nerazborito raditi ni protiv čestitih običaja koji ne prestaju biti vrlo korisni samo ako se zgodno prilagode današnjim prilikama. Slično u ekonomski vrlo razvijenim zemljama može mreža institucija za socijalno zbrinjavanje i osiguranje sa svoje strane pridonijeti da se opća namjena dobara provede u djelo. Nadalje je vrlo važno promicati razvoj službi za obiteljske i socijalne potrebe, osobito one koje se brinu za obrazovanje i odgoj. Pri uređivanju svih tih institucija treba bdjeti da građani ne zauzmu prema društvu stav pasivnosti, izbjegavanja tereta preuzetih dužnosti i odbijanja službi. . ' . *

Investicije i novčana sredstva

70. Investicije, sa svoje strane, moraju ići za tim da osiguraju zaposlenje i dovoljne prihode kako današnjem tako i budućem stanovništvu. Svi oni koji odlučuju o tim investicijama i organizaciji privrednog života — pojedinci, skupine ili javne vlasti — dužni su imati pred očima te ciljeve i biti svjesni svoje teške obaveze da, s jedne strane, bdiju kako bi i pojedinci i čitava zajednica bili opskrbljeni dobrima koja su potrebna za doličan život, a s druge strane da predvide buduće situacije te osiguraju pravilnu ravnotežu između zahtjeva sadašnje potrošnje, pojedinačne i skupne, i zahtjeva za investiranje u korist budućeg pokoljenja. Treba također da uvijek imaju pred očima neodložive potrebe ekonomski slabije razvijenih naroda i krajeva. Sto se pak tiče valute, valja pripaziti da se ne povrijedi dobro vlastite zemlje ili dobro drugih naroda. Treba osini toga osigurati da oni koji su ekonomski slabiji ne pretrpe nepravednu štetu kod promjena vrijednosti novca.

Privatno vlasništvo i posjedovanje dobara. Problem latifundija

71. Vlasništvo i ostali oblici privatnog raspolaganja vanjskim dobrima pridonose tome da osoba dođe do izražaja i uz to daju čovjeku mogućnost da vrši svoju zadaću u društvu i privredi. Stoga je vrlo važno nastojati oko toga da i pojedinci i grupe imaju pristup gospodarenju vanjskim dobrima.¹

Proprietas privata aut dominium quoddam in bona exteriora spatium plane necessarium ad personalem et familiarum autonomiam unicuique conferunt, et velut libertatis humanae extensio considerari debent. Demum, quia ad munus onusque exercendum stimulus addunt, condicionem quamdam libertatum civilium constituunt.¹¹

Formae talis domini vel proprietatis sunt hodie diversae et in die adhuc magis diversificantur. Omnes autem, non obstantibus fundis socialibus, iuribus et ministeriis a societate procuratis, causa non parvipendenda securitatis manent. Quod non tantum de proprietatibus materialibus dicendum est, sed etiam de Immaterialibus bonis, uti sunt capacitates professionales.

Ius autem privati domini sui iuri non obstant quod variis formis proprietatum publicarum inest. Translatio quidem bonorum in publicam proprietatem non nisi a competenti auctoritate, iuxta boni communis exigentias et intra eius limites, aequa compensatione oblata, fieri potest. Praeterea, ad publicam auctoritatem pertinet praecavere ne quis privata proprietate contra bonum commune abutatur.¹⁴

Ipsa autem proprietas privata et indolem sociale naturam suam habet, quae in communis destinationis bonorum lege fundatur.¹⁸ Quae sociali indole neglecta, proprietas multoties occasio cupiditatum et gravium perturbationum fieri accidit, ita ut ad ipsum ius in discrimen vocandum impugnatoribus praetextus detur.

In pluribus regionibus oeconomice minus progressis, magni vel etiam latissimi rustici fundi existunt, mediocriter exculi vel lucra causa sine ulla cultura manentes, dum maior pars populi vel terris caret vel minimis tantum agris gaudet, atque, ex altera parte, incrementum fructificationis agrorum evidenter urgens apparet. Non raro ii qui a dominis ad laborem conducuntur, vel qui partem illorum titulo locationis colunt, non nisi stipendium vel proventum homine indignum recipiunt, decenti habitatione privantur, necnon a mediatoribus esse spoliantur. Omni securitate carentes, sub tali personali famulatu vivunt, ut fere omnis facultas sponte et cum responsabilitate agendi eis tollatur, omnisque promotio in cultu humano et omnis pars in vita socialis et politica illis prohibeantur. Pro variis igitur casibus reformationes necessariae sunt: ut crescant redditus emendentur condiciones laboris, augeatur securitas in conductione, deturque incitamentum ad sponte operandum; immo ut distribuantur fundi non satis exculi iis qui easdem terras fructuosas reddere valeant. Quo in casu suppeditanda sunt res et media necessaria, praesertim educationis subsidia et iustae ordinationis cooperativae facultates. Quoties autem proprietas ademptionem bonum commune exegerit, compensatio ex aequitate omnibus adiunctis petenda, aestimanda est.

Privatno vlasništvo ili neki drugi oblik gospodarenja vanjskim dobrima daju svakome uistinu neophodan prostor za osobnu i obiteljsku samostalnost te ih treba smatrati proširenjem ljudske slobode. Konačno, budući da stimuliraju odgovorno vršenje službe, tvore jedan od uvjeta građanskih sloboda.^{1*}

Oblici, takvog gospodarenja ili posjedovanja danas su raznoliki te postaju iz dana u dan svi različiti. Uza sve socijalne fondove, prava i službe što ih daje društvo svi ti oblici ostaju ipak važan izvor sigurnosti. Rečeno vrijedi ne samo za vlasništvo materijalnih nego također i nematerijalnih dobara, kao što su to stručne sposobnosti.

Pravo na privatno vlasništvo ne protivi se pravu različitih oblika društvenog vlasništva. Prijenos dobara u društveno vlasništvo može vršiti samo nadležna vlast prema zahtjevima općega dobra i unutar njegovih granica uz pravičnu nadoknadu. Osim toga na javnu vlast spada da preduhitri da ne bi tko zloupotrijebio privatno vlasništvo protiv općeg dobra.^{1*}

I samo privatno vlasništvo ima po svojoj prirodi također društveni karakter koji se temelji na zakonu opće namjene dobara.¹⁵ Zanemari li se taj društveni karakter, vlasništvo na mnogo načina može postati prigoda za pohlepu i teške nereda te time izlika poricateljima da dovedu u pitanje i samo pravo na vlasništvo.

, U mnogim zemljama koje su ekonomski slabije razvijene postoje veliki, pa i vrlo prostrani poljoprivredni posjedi, koji se tek polovično obrađuju ili se iz spekulantskih razloga uopće ne obrađuju, dok je veći dio pučanstva bez obradive zemlje ili je ima vrlo malo, a s druge se strane povećanje poljoprivredne proizvodnje očito pokazuje kao neodgodivi zahtjev, često unajmljeni radnici ili oni koji obrađuju unajmljeni dio takvih posjeda primaju plaću ili prihod koji je nedostojan čovjeka; nemaju ni pristojnog smještaja a posrednici ih izrabljuju. Lišeni svake sigurnosti žive u takvoj osobnoj ovisnosti da im je uskraćena gotovo svaka mogućnost inicijative i osobne odgovornosti a priječi im se i svaki kulturni napredak i svako sudjelovanje u društvenom i političkom životu. Nužne su stoga, prema različitim slučajevima, reforme: da se povećaju prihodi, poprave radni uvjeti, poveća sigurnost kod unajmljivanja i da se podupire osobna inicijativa; dapače, da se nedovoljno obrađivani posjedi podijele onima koji će takvo zemljište moći učiniti plodnim. U tom slučaju treba da im se osigura pomoć i neophodno oruđe, osobito odgojna sredstva i mogućnost prave organizacije zadrugarskog tipa. Svaki put kad opće dobro traži eksproprijaciju, naknada treba da bude odmjerenjena po pravičnosti, uzevši u obzir sve okolnosti.

72. (*De navitate oeconomica-sociali et de Regno Christi*). Christiani qui activas partes in hodierna progrcssione oeconomica-sociali agunt et iustitiam caritatemque propugnant, persuasum sibi habeant se multum ad (humanitatis prosperitatem et mundi pacem conferre posse. In bis activitatibus sive singuli sive consociati exemplo fulgeant. Acquisitis quidem peritia experientiaque omnino necessariis, inter tetrestres navitates rectum ordinem servent, in fidelitate erga Christum flusque Evangelium, ita ut integra eorum vita, tam individualis quam socialis, spiritu Beatitudinum, notabiliter paupertatis, imbuatur.
;" Quicumque Christo obediens, primum quaerit Regnum Dei, inde validiorem ac puriorem amorem suscipit, ad omnes fratres suos adiuvandos et ad opus iustitiae, inspirante caritate, perficiendum.^{1*}

Caput IV DE VITA

COMMUNITATIS POLITICAE

73. (*De hodierna vita publica*). Nostris temporibus profundae advertuntur transformationes etiam in compage et institutionibus populorum, quae ipsorum evolutionem culturalem, oeconomkam ac socialem consequuntur; quae transformationes magnum influxum in conunitatis politicae vitam exercent, praesertim quod attinet ad omnium iura et officia in libertatis civilis exerditio ac in bono communi attingendo et ad civium relationes inter se et cum publica auctoritate ordinandas.

Ex vividiore humanae dignitatis conscientia exoritur, in variis mundi regionibus, studium ordinem politicum-iuridicum instaurandi, in quo personae iura in vita publica melius protegantur, ut siint iura Ubere sese coadunandi, consociandi, proprias opiniones exprimendi ac religionem privatim publiceque profitendi. Tutamen enim personae iurium condicio necessaria est ut cives, sive singuli sive consociati, in rei publicae vita et moderamine actuose participare possint.

Una cum progressu culturali, oeconomico ac sodali apud plures roboratur desiderium assumendi maiorem partem in conunitatis politicae vita ordinanda. In multorum conscientia studium augetur ut iura minorum alicuius nationis partium serventur, earum officiis erga communitatem politicam non neglectis; insuper reverentia in dies boesdt erga homines aliam opinionem vel aliam religionem profitentes; simul latior instituitur cooperatio, ut omnes cives, et non tantum quidam privilegiis ornati, iuribus personalibus reapse frui possint.

Reprobantur autem quaecumque formae politicae, in aliquibus regionibus vigentes, quae libertatem dvilem vel religiosam praepe-

Ekonomsko-socijalna djelatnost i Kristovo kraljevstvo

72. Kršćani koji aktivno sudjeluju u suvremenom ekonomsko-socijalnom razvoju i bore se za pravdu i ljubav neka budu uvjereni da mogu mnogo pridonijeti blagostanju čovječanstva i miru svijeta. U tim djelatnostima, radili oni pojedinačno ili udruženi, neka svijede svojim primjerom. Pošto su stekli doista neophodno stručno znanje i iskustvo, neka se u zemaljskim poslovima drže ispravne hijerarhije vrednota, vjerni Kristu i njegovu evanđelju, tako da sav njihov individualni i društveni život bude prožet duhom Blaženstava, a osobito duhom siromaštva.

Svatki tko slijedeći Krista traži najprije kraljevstvo Božje, prima odatle vredniju i čišću ljubav za pomaganje sve svoje braće i za dovršavanje djela pravde pod nadahnućem ljubavi.^{1*}

IV g l a v a ŽIVOT

POLITIČKE ZAJEDNICE

Suvremeni politički život

i 73. U naše se vrijeme opažaju duboke promjene također u strukturi i u ustanovama narod4; one su posljedica njihova kulturnog, privrednog i društvenog razvoja. Te promjene imaju velik utjecaj na život političke zajednice, osobito što se tiče prava i dužnosti sviju glede upotrebe građanske slobode i postizanja općega dobra te glede sređivanja odnosa građana među sobom i prema javnoj vlasti. • Iz življe svijesti o ljudskom dostojanstvu rađa se u raznim dijelovima svijeta nastojanje da se uspostavi takav političko-pravni porredak u kojem će biti bolje zašt^

životu, kao što su prava slobodnog* sastajanja i udruživanja, pravo na izražavanje vlastitih mišljenja te pravo na privatno i javno ispovijedanje vjere. Zaštita prava osobe jest, naime, nuždan uvjet da građani, bilo pojedinačno ili udruženi, mogu aktivno sudjelovati u životu i upravi javnih poslova. Kod mnogih se usporedo s kulturnim, privrednim i društvenim napretkom pojačava želja da preuzmu veću odgovornost u uređivanju života političke zajednice. U svijesti mnogih sve je življe nastojanje da se sačuvaju prava nacionalnih manjina ne zanemariivši kod toga njihove dužnosti prema državnoj zajednici. Povrh toga stalno raste poštovanje prema ljudima koji imaju drukčije mišljenje ili ispovijedaju drugu vjeru. U isto se vrijeme uspostavlja šira suradnja s.ciljem da se svi građani, a ne samo neki povlašteni, mogu doista služiti osobnim pravima.

Osuđuju se, međutim, svi oblici političkog uređenja koji su na snazi u nekim zemljama a koji sprečavaju građansku i vjersku slo-

diunt, victimas cupiditatum et crkoinum poliřarom multiplicant ac exercitium auctoritatis a bono communi ad commodum cuiusdam fařionis vel ipsorum moderatorom detorquent,

Ad vitam politicam vere humanam instaurandam nihil melius est quam anteriorem iustitiae et benevolentiae ac servitii boni communis sensum fovere atque persuasiones fundamentales circa veram indolcm communitatis politicae necnon circa finem, rectum exercitium et limites publicae auctoritatis corroborare.

74. (*De communitatis politicae natura et fine*). Homines, familiae et varii coetus, qui communitatem civilem constituunt[^] propriae insuffideritiae ad vitam plene humanam institutendam conscii sunt et necessitatem amplioris communitatis percipiunt, in qua omnes, ad commune bornim semper melius procurandum, cotidie proprias vires conferant.* Quapropter communitatem politicam secundum varias formas constituunt. Communitas ergo politica propter illud commune bonum exsistit, in quo suam plenam iustificationem et sensum obtinet, et ex qUo ius sUum primigenum et proprium depromit. Bonum vero commune summam complectitur earum vitae socialis condicionum, quibus homines, familiae et consociationes, suam ipsorum perfectionem plenius atque expeditius consequi possint.'

Multi autem et diversi sunt homines, qui in communitatem politicam conveniunt et legitime in diversa consilia declinare possunt. Ne igitur, unoquoque in suam sententiam abeunte, communitas politica distrahatur, auctoritas requiritur, quae omnium civium vires in bonum commune dirigat, non mechanice nec despotice, sed imprimis ut vis moralis, quae Hbertate et sucepti officii onerisque conscientia nititur.

Patet ergo communitatem politicam et auctoritatem publicam in natura humana fundari ideoque ad ordinem a Deo praefinitum pertinere; etsi regiminis determinatio et moderatorom designatio liberae civium voluntati relinquuntur.>

Sequitur item auctoritatis politicae exerditium sive in communitate ut tali, sive in institutis rem publicam repraesentantibus, semper intra fines ordinis moralis ad effectum deducendum esse, ad commune bonum — et quidem dymamice conceptum — procurandum, secundum ordinem iuridicum legitime statutum vel statuendum. Tunc cives ad obediehtiam praestandam ex conscientia obligantur.* £xinde vero patet responsabilitas, dighitas et momentum eorum, qui praesunt.

Ubi autem a publica auctoritate, suam competentiam excedente, cives premuntur, ipsi, quae a bono communi obiective postulantur, ne recusent; fas vero sit eis contra abusum huius auctoritatis sua conciviumque suorum iura defendere, illis servatis limitibus; quos lex naturalis et evangelica delineat.

vodu, umnožavaju žrtve političkih strasti i zločina te se, umjesto da vlast upotrebljavaju na opće dobro, njome služe u korist jedne stranke ili samih vlastodržaca. Da se uspostavi doista humani politički život, nema ništa bolje nego njegovati unutarnji osjećaj pravednosti, dobrohotnosti i služenja općem dobru i učvršćivati temeljna uvjerenja o pravoj naravi političke zajednice, o njezinu cilju, o ispravnom izvršavanju i granicama javne vlasti. /

Narav i svrha političke zajednice

74. Pojedinci, obitelji i razne skupine što sačinjavaju građansku zajednicu svjesni su vlastite nedostatnosti da ostvare potpuni ljudski život i uviđaju potrebu šire zajednice u kojoj će svi svakodnevno udruživati svoje sile u cilju sve savršenijeg ostvarenja općeg dobra.* Radi toga oni osnivaju političku zajednicu različitih oblika. Politička zajednica, dakle, postoji radi tog općeg dobra. U njemu ona nalazi svoje puno opravdanje i smisao, iz njega proizlazi njezino izvorno i vlastito pravo. Opće' pak dobro obuhvaća sve one uvjete društvenog života u kojima ljudi, obitelji, i udruženja mogu potpunije i lakše postići svoje usavršenje.«

No mnogi su i raznovrsni ljudi u političkoj zajednici, te mogu opravdano biti skloni različitim mišljenjima. Da se, dakle, politička zajednica ne bi raspala zbog toga što svatko slijedi svoje mišljenje, potrebna je vlast koja će snage svih građana upravljati prema općem dobru, ali ne mehanički ni despotski, nego prije svega kao moralna sila, koja se oslanja na slobodu i na svijest odgovornosti.

Očito je, stoga, da se politička zajednica i[^] javna vlast temelje na ljudskoj naravi i zato pripadaju redu koji je Bog predodredio, iako je oblik režima i izbor rukovodilaca prepušten slobodnoj volji građana.'

Isto tako slijedi da se vršenje političke vlasti, bilo unutar zajednice kao takve bilo u predstavničkim tijelima države, mota uvijek odvijati u granicama moralnog reda, i to s ciljem da se ostvari opće dobro—shvaćeno dinamički — prema pravnom poretku koji je već zakonito uspostavljen ili ga treba uspostaviti. Tada su građani u savjesti obavezni na poslušnost.⁴ Odatle se također jasno vidi odgovornost, dostojanstvo i važnost onih koji upravljaju.

Gdje pak javna vlast prelazi granice svoje nadležnosti te tlači građane, oni neka ne uskraćuju onoga što od njih objektivno zahtijeva opće dobro; ali neka im bude slobodno da brane svoja prava i prava svojih sugrađana protiv zloupotrebe te vlasti držeći se onih granica koje zacrtava naravni i evanđeoski zakon.

Modi veto concreti, quibus communitas politica propriam compagem et publicae auctoritatis temperationem ordinat, varii esse possunt secundum diversam populorum indolem et historiae progressum; semper autem ad hominem excultum, pacificum et erga omnes beneficium efformandum inservire debent, ad totius familiae humanae emolumentum.

75. (*De omnium in vita publica cooperatione*). Cum humana natura plene congruit ut structurae politicae-iuridicae inveniantur, quae omnibus civibus semper melius ac sine ulla discriminatione possibilitatem effectivam praebeant libere et actuose participandi tum in fundamentis iuridicis communitatis politicae statuendis, tum in rei publicae moderamine et variorum institutorum campis et finibus determinandis, tum in moderatorum electione.* Memores ergo omnes civis sint iuris simul et officii suo libero suffragio utendi ad bonum commune promovendum. Ecclesia kude et consideratione dignum opus illorum habet, qui in hominum servitium rei publicae bono se devoteant et huius officii onera suscipiunt.

Ut divinum cooperatio, cum officii conscientia coniuncta, in cotidiana publicae rei vita effectum suum felicem attingat, requiritur positivus ordo iuris, in quo conveniens divisio munerum et institutorum auctoritatis publicae atque simul efficax tutio iurium, neminique obnoxia, instaurentur. Omnium personarum, familiarum ac coetuum iura eorumque exercitium agnoscantur, severentur et promoveantur,⁸ simul cum officiis, quibus cuncti civis obstringuntur. Inter quae officium meminisse oportet rei publicae materialia et personalia servitia praestandi, quae ad bonum commune requiruntur. Caveant moderatores ne coetus familiares, sodales aut culturales, corpora aut instituta intermedia, impediant, neve ea sua legitima et efficacis actione privent, quam potius libenter et ordinatim promoveri satagent. Quis vero, sive singuli sive consociati, caveant ne nimiam potestatem publicae auctoritati tribuant, neve nimia commoda et utilitates ab ipsa inopportune postulent, ita ut personarum, familiarum necnon coetuum sodalium officii onus imminuant.

Ab implicatioribus nostrae aetatis adiunctis publica auctoritas saepius in res sodales et oeconomicas atque culturales se interponere cogitur ad aptiores inducendas condidones, quibus civis ac coetus ad integrum humanum bonum libere prosequendum efficacius inveniuntur. Secundum autem diversas regiones et populorum evolutionem diverso modo intellegi possunt relationes inter sodalizationem⁷ et personae autonomiam ac progressum. Sed ubi exercitium iurium propter bonum commune ad tempus restringitur, libertas, circum-

Konkretni oblik u kojima politička zajednica sređuje svoje ustrojstvo i izvršavanje javne vlasti mogu biti raznoliki, već prema različitom mentalitetu pojedinog naroda ! povijesnom napretku. Ali uvijek moraju služiti tome da formiraju Čovjeka odgojena, miroljubiva i dobrotorna prema svim ljudima, na korist čitave ljudske obitelji;

Suradnja svih u političkom životu

75. Potpuno je u skladu s ljudskom naravi da se nadu takve pravno-političke strukture koje svim građanima sve bolje i bez ikakve diskriminacije pružaju stvarnu mogućnost da slobodno i aktivno učestvuju kako pri izradi pravnih temelja političke zajednice tako i pri upravljanju državom, pri određivanju djelokruga i ciljeva različitih ustanova i pri izboru rukovodilaca.* Neka se stoga građani sjete da imaju pravo i ujedno dužnost da se služe svojim pravom glasa u korist općeg dobra. Crkva smatra vrijednim hvale i poštovanja djelo onih koji se na službu ljudima posvećuju dobru države i uzimaju na se teret te odgovornosti.

Da bi suradnja građana, udružena sa sviješću odgovornosti, postigla poželjan učinak u svakodnevnom političkom životu, potreban je pozitivni pravni poredak, u kojem će biti prikladno razdijeljene službe i organi javne, vlasti i ujedno osigurana efikasna, ni o kom ovisna, zaštita pravi. Neka se prava svih osoba, obitelji i skupina, kao i njihovo služenje tim pravima, prizna, poštuje i promiče* zajedno s dužnostima koje obvezuju sve građane. Među tim dužnostima potrebno je podsjetiti na obavezu da se državi daju materijalne i osobne usluge koje zahtijeva opće dobro. Oni koji su na vlasti neka se čuvaju da ne prave zapreka obiteljskim, društvenim i kulturnim udruženjima, kao ni posrednim tijelima ili ustanovama i da ih ne liše njihovih zakonitih i uspješnih akcija. Neka se, naprotiv, trude da ih rado i sređeno unapređuju. Građani pak, pojedinačno ili udruženi, neka se čuvaju da ne daju preveliku moć javnoj vlasti; ali i da od nje bezrazložno ne zahtijevaju previše usluga i koristi tako da se ne umanjuje odgovornost pojedinih osoba, obitelji i društvenih skupina.

Sve složenije prilike našeg vremena sile državne vlasti da sve češće posređuju u pitanjima društvenog, privrednog i kulturnog života da bi tako stvorile povoljnije uvjete koji će građanima i skupinama pomoći da se u slobodi uspješnije trude oko ostvarenja potpunog čovjekova dobra. U različitim krajevima svijeta i kod naroda" s različitim stupnjem razvoja mogu se zamisliti razni odnosi između »socijalizacije«* te osobne neovisnosti i napretka. No gdje se korištenje prava privremeno ograniči radi općeg dobra, čim se prilike promi-

stantiis mutatis, quam primum restituatur. At inhumanum est quod auctoritas politica incidat in formas totalitarias vel in formas dictatorias quae iura personae vel socialium coetuum laedant.

Cives pietatem erga patriam magnanimiter et fideliter excolant, sine tamen mentis angustia, ita scilicet ut ad bonum totius familiae humanae, quae variis nexibus inter stirpes, gentes ac nationes coniungitur, semper simul animum intendant.

Christifideles omnes in communitate politica specialem et propriam vocationem sentiant, qua exemplo praeferre debent quatenus officii conscientia sunt adstricti et communi bono excolendo inseruiunt, ita ut factis quoque commonstrent quomodo auctoritas cum libertate, inceptio personalis cum totius corporis socialis coniunctione ac necessitudine, unitas opportuna cum proficua diversitate componantur. Grca rem temporalem ordinandam legitimam, at inter se discrepantes, opiniones agnoscant, civesque, etiam consociatos, qui eas honeste defendunt, reveteantur. Partes autem politicae ea, promoveri debent, quae earum iudicio ad bonum commune requiruntur nunquam vero propriam utilitatem communi bono praeponere licet.

Educatio vero civilis et politica, hodie tum populo tum praesertim iuvenibus maxime necessaria, sedulo curanda est, ut omnes cives in communitatis politicae vita partes suas agere valeant. Qui idonei sunt aut fieri possunt ad artem politicam, difficilem simul et nobilissimam,⁸ sese praeparent et eam, proprii commodi et venalis beneficii immemores, exercere satagant. Contra iniuriam et oppressionem, unius hominis vel partis politicae arbitrarium dominatum et intolerantiam, integritate morum ac prudentia agant; sinceritate autem et aequitate, immo caritate et fortitudine politica, bono omnium se doveant.

76. (*Communitas politica et Ecclesia*). Magni momenti est, praesertim ubi societas pluralistica viget, ut rectus respectus relationis inter communitatem politicam et Ecclesiam habeatur, utque inter ea, quae christifideles, sive singuli sive consociati, suo nomine tamquam cives, christiana conscientia dueti, et ea, quae nomine Ecclesiae una cum pastoribus suis agunt, dare distinguatur.

Ecclesia, quae, ratione sui muneris et competentiae, nullo modo cum communitate politica confunditur, neque ad ullum systema politicum alligatur, simul signum est et tutamentum transcendentiae humanae personae.

Communitas politica et Ecclesia in proprio campo ab invicem sunt independentes et autonomae. Ambae autem, licet diverso titulo,

jene, treba da se što prije ponovno uspostavi sloboda. Nehumano je da politička vlast zauzima totalitarne ili diktatorske oblike koji vrijeđaju prava osobe ili društvenih skupina.

Građani treba da goje velikodušnu i vjernu ljubav prema domovini ali bez duhovne skučenosti, to jest tako da istodobno imaju pred očima dobro čitave ljudske obitelji, koja je združena raznim vezama između rasa, naroda i država.

Svi kršćani treba da u političkoj zajednici postanu svjesni svog posebnog poziva; oni naime treba da dadu primjer razvijajući u sebi svijest dužnosti i zalaganja za opće dobro a djelima valja da pokažu kako je moguće uskladiti vlast sa slobodom, osobnu inicijativu sa solidarnošću i potrebama čitavog društvenog tijela, potrebno jedinstvo s plodnom raznolikošću. U uređenju vremenitih stvari neka priznaju kao legitinjna mišljenja koja se međusobno razilaze i neka poštuju građane koji, pa i udruženi, pošteno brane svoje mišljenje. A političke stranke moraju promicati ono što se po njihovu sudu traži za opće dobro; ali nikada nije dopušteno vlastitu korist pretpostaviti općem dobru.

Da bi svi građani bili sposobni izvršavati svoju ulogu u životu političke zajednice, treba posvetiti veliku brigu građanskom i političkom odgoju. Taj je odgoj veoma potreban danas, i to narodu, napose mladeži. Koji su sposobni ili bi se mogli osposobiti za političko zvanje, koje je teško ali ujedno i vrlo plemenito,⁸ neka se pripremaju za nj i neka se trude da ga revno obavljaju ne mareći za svoju osobnu korist ni za materijalne probitke. Neka besprijekorno i razborito nastupaju protiv nepravde i nasilja, protiv samovolje vlasti i netolerantnosti pojedinog čovjeka ili političke stranke; neka se iskreno i pravično, dapače, s ljubalju i političkom hrabrošću, posvete dobru svih.

Politička zajednica i Crkva

76. Veoma je važno, osobito u pluralističkom društvu, da se ima ispravan pojam o odnosima između političke zajednice i Crkve te da se jasno razlikuje ono što vjernici — bilo pojedinačno bilo udruženi — rade u svoje imie kao građani vođeni svojom kršćanskom savješću od onoga što oni rade u ime Crkve skupa sa svojim duhovnim pastirima.

Crkva koja se, zbog svoje službe i nadležnosti, nikako ne podudara s političkom zajednicom niti se veže uz bilo koji politički sistem, znak je ujedno i čuvj^

Politička zajednica i Crkva su, svaka na svom području, neovisne jedna o drugoj i autonomne. Obadvije su, iako s različita naslova, u

eorumdem hominum vocadoni personali et sodali inserviunt. Quod servidum eo efficacius in omnium bonum eacercebunt, quo ambae melius sanam cooperadonem inter se colunt, attendis quoque locorum temporumque adiunctis. Homo enim ad solum ordinem temporalem non coarctatur, sed in historia humana vivens aeternam suam vocationem integre servat. Ecclesia vero, in Redemptoris amore fundata, ad hoc confert ut intra nationis terminos et inter nationes iustitia et caritas latius vigeant. Evangelicam veritatem praedicando atque omnes navitads humanae provindas, per suam doctrinam et testimonium a, christifidelibus ezhbitum, illuminando, edam politicam civium libertatem et responsabilitatem reveretur atque promovet.

Apostoli ipsorumque succēssores et horum cooperatores, cum mitantur ut hominibus Christum mundi Salvatorem annuntient, in suo apostolatu exercendo Dei potentia innituntur, qui persaepe in testium infirmitate virtutem Evangelii manifestat. Quicumque enim Dei verbi ministerio se devovent, utantur oportet viis et subsidiis Evangelio propriis, quae in pluribus a terrenae dvitatis subsidiis differunt.

Res quidem terrenae et ea, quae in hominum condidone hunc mundum exsuperant, arcte inter se iunguntur, et ipsa Ecclesia rebus temporalibus utitur quantum propria eius missio id postulat. Spem vero suam in privilegiis ab auctoritate civili oblati non reponit; immo quorundam iurium legitime acquisitorum exerddo renuntiabit, ubi consdterit eorum usu sinceritatem sui testimonii vocari in dubium aut novas vitae condidones aliam exigere ordinadonem. Semper autem et ubique ei fas sit cum vera libertate fidem praedicare, socialem suam doctrinam • docere, munus suum inter homines expedite ezercere necnon iudidum morale ferre, etiam de rebus quae ordinem politicum respidunt, quando personae iura fundamentalia aut animarum salus id eadgant, omnia et sola'subsidia adhibendo, quae Evangelio et omnium bono secundum temporum et condidonum diversitatem congruant.

Fideliter Evangelio adhaerens et suam missionem in mundo exercens, Ecclesia, cuius est, quidquid verum, bonum et pulchrum in communitate humana invenitur, fovere ac devare.» pacem inter homines ad Dd gloriam roborat.^{1*}

Caput V

DE FACE FOVENDA ET DE COMMUNITATE GENTIUM PROMOVENDA

77. (*Introductio*). Hisce nostris annis, quibus aerumnae et angustiae ex gfassante vel impendente bello profluentes adhuc gravissimae inter homines perdurant, universa familia humana ad horam siimmi discriminis in suae maturitads processu pervenit. In unum paulatim

službi osobnog i društvenog poziva istih ljudi. Tu će službu to uspješnije vršiti na dobro svih što obadrije budu više išle za zdravom međusobnom suradnjom, vodeći dakako računa o prilikama mjesta i vremena. Čovjek nije ograničen samo na ovozemaljski red, nego živeći u ljudskoj povijesti u cijelosti posjeduje svoj vječni poziv. Crkva pak, utemeljena u Otkupiteljevoj ljubavi, doprinosi da se unutar svake države i među svim narodima proširi pravda i ljubav. Propovijedajući evanđeosku istinu i osvjetljujući svojom naukom i vjerničkim svjedočanstvom sva područja ljudskog djelovanja, Crkva poštuje i promiče također političku slobodu i odgovornost građana.

Kad se apostoli i njihovi nasljednici sa suradnicima šalju da ljudima navješćuju Krista Spasitelja svijeta, u vršenju svog apostolata oslanjaju se na moć Božju, koji vrlo često u slabosti svjedoka očituje snagu Evanđelja. Treba da svi koji se posvete službi Božje riječi koriste putove i sredstva Evanđelja, koja se u mnogočemu razlikuju od sredstava ovozemaljskih država,

Doduše, ovozemne stvari i one koje u ljudskom položaju nadilaze ovaj svijet, usko su međusobno povezane. I sama se Crkva služi vremenitim stvarima koliko to zahtijeva njezina misija., Ali ona ne stavlja svoju nadu u povlastice što joj ih pruža građanska vlasti što-više, ona će se odreći korištenja nekih zakonito stečenih prava kad se ustanovi da bi se njihovim korištenjem mogla dovesti u sumnju iskrenost njezina svjedočanstva ili ako nove prilike traže drugo uređenje. Ali je pravo da uvijek i svagdje s istinskom slobodom propovijeda vjeru, naučava svoju socijalnu nauku, da nesmetano vrši svoju službu među ljudima te da izriče moralni sud, pa i o stvarima koje se odnose na politički poredak, kada to traže temeljna prava ljudske osobe ili spas duša upotrebljavajući sva i samo takva sredstva koja su u skladu s evanđeljem i s dobrom svijetu, već prema različnosti vremena i situacija.

Vjerna Evanđelju i vršeći svoju misiju u svijetu, Crkva, kojoj je zadatak da promiče i uzdiže što je god istinito, dobro i lijepo u ljudskoj zajednici,* učvršćuje mir među ljudima na slavu Božju.¹⁰

V glava PROMICANJE MIRA I

IZGRADNJA ZAJEDNICE NARODA

Uvod

77. U ovim našim godinama, gdje ljude pritištu preteške nevolje i tjeskobe zbog ratova koji još bjesne ili nam prijete, čitava je ljudska obitelj došla do odsudnog časa u razvoju svoje zrelosti. Dok se malo

